



X
Page 270

Inc

1187

Q, 3, 2

1650

Leonardus Arretinus

Epistolae familiares

Ham 15-67.

Bellechet 1119

ces lettres de Leonard Varezzo sont belles et estimées, l'édition
est de 1495.)

LEONARDI ARRETINI EPISTOLAE FAMILIARES

LEONARDI ARRETINI EPISTOLARVM FAMILIARIVM
LIBER PRIMVS

LEONARDVS ARRETINVS COLVCIO SALVTEM PLV-
RIMVM DICIT.

OMAM VENI ad octauum cal. aprilis. Moxq; ut primum
licuit: pontificem adiens: salutandiq; causa: & mei ipsius exhi-
bendi: ab eo perbenigne quidem: ac perhumaniter receptus
sum. q̄q̄ primo statim cōgressu: ubi me aspexit: nullo adhuc
uerbo a me factō: conuersus ad eos: qui proxime astabant. iu-
nior hic est inquit longē q̄ putārā. Nec prima uox illius a me
audita est. Post hæc ego consueta uene ratione illum affatus cum essem: ipseq; per
pauca quædam respondisset: resumpsit ea quæ primo aspectu edixerat. Sūma uer-
borum eius ista fuit. Officio cuius me gratia euocasset: magnum pōdus: magnāq;
dignitatem inesse. Nec litteras modo: uerum etiā annos afflagitare. Nam adolescē-
tem ei muneri præesse: uix satis habere dignitatis. In te autem inquit cætera me oīa
inuitant. ætas dehortatur. Sed hæc alias considerare licebit. Ita tunc ab illo dimis-
sus sum. Plenum erat auditoriū cum hæc a pontifice dicebantur. diffususq; rumor
est: quasi ob ætatem impediret dignitatem nancisci. Quæ uox in spem multos ere-
xit. & in primis Iacobum Angelum familiarem tuū: qui uerbum ea de re prius fece-
rat nunq̄: is nunc acerrime petit. Incendant: ut audio: illum fautores quidam: prur-
pe sibi affi: mantes: si eius qui quadriēnio iam toto in curia fuerit: nulla ratione ha-
bita: ego absens: ac solo noīe cognitus accersor. Præsertim cum ea sit ætate: ut plus
q̄ maturus huic muneri uideri possit. Hæc ille indignatione percitus: & in spem ela-
tus cursitat nunc cū fautoribus suis: multosq; hortatores ad pōtificem summittit.
Et quod super oīa molestissimum est: comparationes odiosæ ab illis inducuntur.
Itaq; uideo fortūa quadam mea fieri: ut cum quo dudū æmulo studiis litterarum
florentiæ contendi: cum eodem nunc mihi romæ sit de honore: dignitateq; certan-
dum. Sed meum quidem factū legitimum est: sine cuiusq; obtreccatione. Illius autē
conatum non ambigo tibi improbū iniustūq; uideri. totūq; ex liuore: transuersaq;
inuidia proficisci. Nam si locum hunc concupiuit: cur nō ante aduentum meū po-
terat: Si non cōcupiuit: cur nunc tandem cupit: Difficultatem uidelicet meam sibi
facultatem esse uult. Pendentemq; me: cui opē ferre oportuit: crudeli inhumanosq;
impetu ad ruinam impellere. Ego certe: q̄q̄ me nouitas ipsa loci: & incōsuetudo ho-
minum: multaq; simul alia in hac re perturbent: tamen non deero ipse mihi. Cona-
borq; & annitar: ut qui ætate me superet: cæteris tamen rebus a me ipse superetur.
Vale. romæ. iiii. non. apri.

Leonardus Arretinus Colucio.

¶ Cripsi antea tibi de contentiōibus: in quas huc profectus præter spem:
uoluntatemq; incideram. postea hæc secuta sunt. Pōtifex ob eam: quam
tunc scripsi causam ambiguus: differendo: ac procrastinādo: neq; reiice-
re plane me: neq; recipere uidebatur. Fautores aduersarii: competitorisq; mei mul-
ta continue illi suggerentes: insufurantesq; ac moleste nos inuicem comparantes:

incertiores in dies pontificem reddiderant. Ita mensis totus fere transactus est. Tandem uero contentiones: & lites: & aduersariorum iactantia: comparationes: & illa molestissima cum finem habuere: ut non modo non grauius ferendum: sed optandum etiam fuerit: & precandum illas aduersus me intercessisse. Nam cum fereret maxime id certamen: ac summa iam spe aduersarii tenerentur litæ teræ ad pontificem ex gallia uenerunt a duce biturigensium. Res qua de agebatur: grauissima erat: & maxima. ipsarumque litterarum longa: & elaborata series. Ad has cum respondere pontifex accuratius uellet: ex cardinalium sententia: mihi comperitorique meo negotium mandauit. quasi in hoc ipso utriusque nostrum iudicium facturus. Hic ergo latatus mihi occasionem præstitam cum illo: ut optabam in comparationem ueniendi: rescripsi ut præceptum fuerat. Biduoque post constituto tempore: meæ illiusque litteræ pontifici: patribusque recitæ sunt. Quibus letis quantum interesse uisum sit: nescio. Illud tantum scio: fautores illius: qui tam arroganter illum mihi præferebant: aperte iam confiteri se falsa nimum opinionem ductos errasse. Pontifex certe ipse mihi statim gratulatus: reiecto illo: me ad officium dignitatemque recepit. Hæc tibi rescribere festinaui: ut siquam forte superioribus ex litteris molestiam suscepisti: eam nunc tandem tota re cognita omnino deponas.

Vale.

3 Innocentio papæ linus colucius saluatus.

7 Ost humilem recommendationem: & pedum oscula beatorum: nescio cui magis gratuler sanctissime in christo pater: & domine uere successor Petri: uniceque uicarie iesu christi: tuæ ne sanctitati: an filio tuo dilecto Leonaræ Arretino: quem in tuum a secretis nouiter alciuisti. Lator equidem & exultor quod talis seruitor accesserit: quali tua sanctitas indigebat. Non quod bonos: & industrios non haberes: sed quoniam quotquot tibi boni contigerint uel dominis aliis: in quorum manibus orbis terrarum est: semper pluribus egeris. Lator igitur: & exultor contigisse talem beatitudini tuæ seruitorem ætate iuuentem: corpore ualidum: aspectu gratum: scientia clarum: eloquentia singularem: latinis excellentem: litteris pentum non mediocriter græcis. Quodque super omnia preciosum est integra fide: & singulari bonitate præstantem. De quibus quidem omnibus: licet plura que uideas: & omnia forte perceperis: ego tamen tibi uerax & fidelissimus testis sum. Cum enim ipsum iamdiu recepissem in filium. & ipse se totum conuersatione domestica mihi dederit: totum agnosco: totumque discussi. Nec me potest in aliquo tanto tempore latuisse. Continua & nobis studiosa consuetudo fuit. Et cum de conditis: quæ componerem iudex esset: & ego suarum rerum arbiter uersa uice. nos mutuo: sicuti ferro ferrum acuitur: exercebamus. Nec facile dixerim: & ex hoc dulci & honesto contubernio uter nostrum plus profecerit. uterque tamen eruditior euasit: ut fateri oporteat mutuo nos nobis fuisse uicissim discipulos: & magistros. in quorum memoria dum hæc scriberem: nimis commotus sum: cum me sentiam

me sentiam tali socio: taliq; præsidio destitutum. Maxima quidem certitudine de quacunq; re amborum consentiret auctoritas: tenebamur. Nunc aut nec habeo qd doceam: nec etiam a quo discam. Sed hæc satis. Tuo quidem commodo: & honore suo mea decet incommoda possidere. Iamq; ad Leonardum nostrum pro conclusione reuertatur oratio. Habes uirum aptissimum rebus magnis: uirum fidelem: & integræ conditionis & mentis. Scio quid loquor: & qd christi uicario uerum loquor. Quamobrem horro: & opto qd tuæ clementiæ: & humanitati carus sit. & cum expertus fueris: pro meritis suis honorabis: quem uix cognitum honorasti. Cui quicquid fides & deuotio mea meretur: accedat supplico. me quidem in ipso: cum plus: quam dimidium animæ meæ sit: reputabo sicut honoraueris honoratum. Et hæc satis. Spero quidem sine meis: & aliorum suffragiis benignitate tua: & uirtute sua gratiam sine meritis debitam in tuis sanctitatis oculis reperiturum. Pro honore aut suo: & qd sibi talis contigit dominus: qualem potest: immo debet quicunq; seruire maioribus se disponit optare statu summum: benignitate conspicium: natura mitem: munificentia largifluum: mente intelligentiaq; præstantem: Quiq; neminem naso suspendit adunco: ut Flaccus ait: Gratulor tota mente. Spero quidem uirtute tua: & probitate sua uidere scientiam: quod rarissimum sit: pro meritis honoratam. Vale pater sanctissime. Sunt qui putet me tibi illa prima epistola displicuisse. Quod & ego uererer: nisi qd te nihil respondendo: sua si mihi te læsum a me in aliquo non putare. Nec humilitatis enim nec benignitatis esset parcere: uel leniter tuam celsitudinem offendenti. Florentiæ octauo idus sextiles.

Leonardus Colucio Salutato.

Si si sciam: quæ tu nuper de me ad pontificem maximum scripsisti: ea omnino uera non esse: tamen: farebor enim ingenue: cupiditatem animi mei: gratissima mihi illa quidē & acceptissima fuere. Tanti enim facio iudicium tuū ut: uel unius epistolæ testimonio uniuersos obrectatorum impetus: quibus nescio quo meo fato: ubicunq; sim: carere non possum: facile me facturum esse confidam. Nam tu sic omnia in meam laudem complexus es: ut nullus iam male uolis ad me carpendum relinquatur locus: nisi plane iudicio tuo uoluerint contradicere. Quamq; nescio mi iucundissime Coluci: mihi ne tuis amplissimis atq; ornatissimis uerbis laudato: an tibi qui illa scripsisti plus laudis ex illa tua epistola pro uenerit. Nam laudes quidem meas ex testimonio tuo homines crediderunt. tuas autem suis. ut ita dicam: oculis intuiti sunt. Lecta est enim epistola tua pontifici: cum multi honestissimi uiri utriusq; ordinis adessent: & nonnulli romanæ ecclesiæ cardinales. Quam cum attentissime: & summo cum silentio totam audissent: omnes tandem uno ore ad te laudandum: extollendumq; conuersi sunt. Te doctissimum: te eloquentissimum: te uirorum optimum prædicabant. Mouebat eos: ut mihi uidebatur: grauitas: atq; ornatus orationis tuæ. Sed super omnia illa ingens

EPISTOLARVM

atq; incredibilis caritas: quam te habere erga me per facile tuis in litteris apparebat. Quæ quoniam ex uero animo: & simplici quadam bonitate proficisci uidebatur: mirum in modum uniuerfis placebat. Itaque aspiciebant me omnes: quasi teipsum cernerent. Et studia illa atq; exercitationes nostras: in quibus tu: ceu ferro ferrum acuisse nos dicebas: mente uoluebant. Applaudebantq; amicitia: & familiaritati nostræ. Nec poterant me non aliquid esse putare: quem tu tanto studio laudare non dubitabas. Ex tuis ergo litteris effectum uideo: ut si qua existimatio erat iam de moribus: ingenioq; meo apud homines constituta: ea non solum confirmata sit: uerum etiam accumulata. Quod si unicum beneficium abs te accepissem: agerem nunc tibi gratias multis uerbis. Sed sunt tot ætam ampla: quæ in me contulisti: ut si uerbis fati facere uelim: existimandus stultissimus sim. Itaq; non agam tibi gratias: sed semper habebō. Referam uero libenti animo: si quando facultas dabitur. Litteras aut tuas: quantum exemplum ad me misisti: reddendas esse non cœsi. Nullo enim modo faciendum mihi uisum est: ut simulas iam sopita: & obliuioni tradita: returaretur. Nam si malo animo in me est: satis in eo punitur: qd de me quotidie audit: & uidet multa: quæ ipse nolle. Illud etiam: quod in principio scripsisti: cum ante omnes fuisse postulatum: omni profecto caret ueritate. Nunquam enim: hoc ego exploratissimum habeo: postulatus aut petitus aut requisitus fuit: nisi forte postulationem uocat: quorundam amicorum suorum exhortationes: ut cum locum petere uellet. Qui tamen quantum errarent: paulo post declaratum est: cum ipse per se: ac per amicos petens: nihil omnino præter repulsam: obtinere potuerit.

Vale.

Leonardus Colucio Salutē.

Ad litteras tuas accuratius respondebo: cum plus ocii nactus fuero. Nunc ista uulgaria transigam. Primum uideo qd moneas. & sequar consiliū tuum. nec quicquam patermittam. Pro religiosis uero illis: qui se in galiam transferre cupiunt: dabo operam: ut cito ad te diplomata perferantur. De situ urbis romæ: si turbationes permiserint: cito ut spero te compotem reddam. Saluum rediisse Bonifacium nostrum: mihi gratissimum est. De Salutato aut curabo diligenter: ut ita fiat: quemadmodum fieri postulas. Nos sumus hic continenter in armis. atq; eo fit ut minus operæ adhibere queam. Tanta est enim romanī populi inconstantia ac peruersitas: nullus ut quieti relinquatur locus. Hæc ante lucem egressi urbe romani cum quibusdam auxiliariis regiis potestatem miluium occupare certarunt. Turrim super eo potestate nostri cultodiunt: ne quis inuito pontifice transire possit. Vehementer ibi aliquot horis pugnatum est. Tandem nostris laborantibus studio missi equites: romanos in fugam uertere: paucis interfecit: frequentibus uulneratis. Illi in urbem reuersi solita temeritate in capitolio consistunt. multitudinem conuocant. Fœstus erat dies. Plebs ociosa: & uino calēs concursat. Sumuntur raptim arma. uexilla promuntur. Ad oppugnandas pontificis ædes ire pergunt. Noltri e contra instare: parate tela: cohortari: insistere: expectare

ctate forti animo populi impetum. ante molē Hadriani: quæ male paccata nobis ē:
uallū iacere. Nox deniq; certamē diremit. Ea nocte uigiliæ per totam urbem factæ.
Nescio quē finē res sit habitura. Tu gaude. & siquid de ipsis habes: me certiozem
face.

Vale.

Leonardus Colucio Salutem. P. D. 6

Superioribus diebus ad te scripsi quis esset status rerum nostratū.
Deinde hæc secuta sunt. Ad. viii. idus augusti romani quidam ci-
ues ad pontificem uenere gratia: ut aiebant: discordiarum com-
ponendarum. Ii post multas in auditorio agitata: cum re infecta
domum redirent: paulo supra molem Hadriani inuadūtur. Capti
ex iis: nam cæteri in ipso impetu dilapsi: euaserant ad Ludouicum
pontificis nepotem: cuius iussu capti fuerant: adducuntur. Ibi cum multa eis ex-
probarentur de perfida in pontificem de oppugnatione pontis miluii recentissi-
me tentata: de insidiis occultis: de corruptela regis. illiq; respondentes pleraque
a se recte facta defenderent: exarsit ira iuuenis: ac retundere ora gladio cœpit. De-
niq; omnes. xi. trucidati sunt: ac post eadē ex fenestris ædium præcipites dati. In-
ter hos duo fuerant ex. vii. uiris: quos ad gubernandam rempublicam romanus.
po. creauerat. Cæteri autem. viiii. ex primariis ciuibus. & quod dolendum est: non
nulli ex iis qui has molestias inferri nobis per moleste ferebāt. Huiusce autem rei
cum celeriter fama per urbē uulgata esset: itur confestim ad arma. complentur om-
nes aditus. clamorib; & uociferationibus omnia resonabant. Ego paulo ante fidu-
cia eorum ciuium: qui ad pontificem uenerant: flumen transgressus: in urbem ier-
ram. Itaq; mox audito tumultu: accipere me ad nostros propero. Cætera igitur ur-
bis dimensus: cum ad pontē Hadriani peruenissem: armatorum ingentem cater-
uam: qui aditum occupauerant: offendo. Stabat ferri acies mucrone corusco: stri-
cta parata neci. Quod ego simul ac prospexi: auerso celeriter equo: in proximum
angiportum de silio: ac mutata ueste: pedes me turba admiscens: stationes armato-
rum incognitus pertranseo. Vix me digressio: minister quem cum equis relique-
ram: ab armatis oppressus est. & equi uestesq; abducti. Mihi uero postquam ad
nostros perueni: primum spectaculum fuit cælorum aceruus. Iacebant enim me-
dia in uia sanguine foedati: & magnis uulneribus confossi. Steti horrens. Iustrauiq;
oculis omnes. quosdam etiam ex iis mihi notos recognoui. Inde ad ædes pontifi-
cis ire pergo. Ille miro dolore agebatur. Res. n. tota eo inscio transacta fuerat. Vir

pacificus & mitis: a cuius lenitate nihil est: quod magis abhorreat: quam cædes: & humani sanguinis effusio. Mœstus sese ac fortunam deplorabat suam: oculos ad caelum tollens: quasi deum inuocaret suam erga populum. Romanorum innocentiam. Pontifex igitur circa hoc intentus: nec quid ageret: nec ubi consisteret: præ nimio dolore sciebat. Circumstantium autem uariæ erant sententiæ. Alii abeundum confestim censebant. nec impetum populi Romanorum tamen insigniter læsi: irritatiq; expectandum. Esse insuper haud procul ab urbe regias copias: quas pro Romanorum stare non ambiguum erat. Alii nullo modo abeundum: sed obsidionem tolerandam Auxiliaq; ex amicis oppidis accersenda censebant. Erant etiam: qui postera: uel altera die abeundum putarent: ut simul colligendarum rerum spatium esset: simul ut non fuga: sed migratio illa uideretur. Duo erant aditus: quibus ex urbe Roma ad nos peruari possent. Vnus per potestatem: cui moles Hadriani super imposita est. Alter per trans tiberi: & ianiculi collem. Ad mollem Hadriani: quoniam de fratre eius: qui arcem tenebat dubitabatur: stationes nostrorum militum oppositæ fuerant. ualloq; & aggere in modum castrorum munita: ad ianiculum moenia erant nonnullis in locis uerustate collapsa. Hæc quoq; loca armatis complebantur. Resisti sine dubio poterat contra omnem populi uim. Verum quia cibaria paucorum admodum dicrum aderant: & regiarum turme nobis infestæ aduentare nunciabantur: uicit eorum sententia: qui suadebant euestigio abeundum. Igitur sarcinas colligere: & impedimenta componere nostri contendunt. Quod ubi pro angustia temporis factum est: primum equitum turma una. deinde impedimenta: peditesque proficiscuntur. Post hos pontifex cum curialium turba. Extremum fuit equitum agmen: qui aliquo interuallo secuti: uim si qua immineret a tergo: repellerent. Supererant quattuor diei horæ: cum urbe egressi sumus. Profecti non sine magno timore: circiter secundam noctis horam ad uicum cesianum. xii. milibus passuum ab urbe peruenimus. Ibi per eam noctem commorati: postridie prima luce castra mouimus. & circiter sextam diei horam sutrium peruenimus. Sutrini multitudinem extra portas diffusa: pontificem alacri uultu receperunt. In hac urbe: quod reliquum erat diei: ac securam noctem commorati. Postera die uiterbium contendimus. Res quidem ita gesta est. Nos ut spero aliquot menses uiterbii manebimus. Hec tibi scripsi leuiter febricitans. Marcus familiaris tuus saluus est. Vna enim nobiscum ex urbe aufugit. Quantum ad eum spectat: dabimus operam: ut quem admodum

LIBER PRIMVS

admodum fieri mandasti: ita fiat. Vale. e uiterbio.

Leonardus Colucio Salutem. P.D. 7

*quod hactenus
misit de Colu
non signat*

q Vastisti ex me an Hectoris nomen aliud significet: quã Priami filium. & quid Misenus: Eolusq; designent: quibus litteris scribi debeant. De quibus ego uix quicquã certi respondere possum: cum libros hic habeam nullos. Sed quantum memoria tenere uideor: Hector idem significat quod defensor: siue tutor. Sic est enim apud Platonem in eo libro: qui inscribitur de nomine. Docet ibi Plato hæc eorum nomina non esse uera. Sed plæraq; eorum a poetis conficta: ut Hectorem quidem appellatum dicit: quia urbem tenuerit: patriamq; tutatus sit. Astyanacta uero quia cum Hectoris filius esset: ad eum spectabat imperium urbis. Asti enim græce: urbs est. Anax imperator. Inde Astianax dictus a uiris: Nam mulieres inquit Plato Scamandrium appellabant. Remotæ enim a ciuilibus officiis non dignitatis nomine uocitabant filium Hectoris: sed proprio. Agammennonem dictum quia tolerantiam habuit in bello. Aga quidem nimium est. Memnon autem tolerans Adrastum quia re non confecit thebanam. A enim priuatio est tam apud græcos: quã apud nos. Drao autem facio. Vnde Adrausti nomen est factum. Id etiam magis in Hyppoliti nomine apparet. Cum enim hyppos equus sit: Lio autem discerpo. & ab his nomen ipsum manifestissime. hyppoliti conficiatur: quis non intelligat id quidem nomen ab euentu fabulæ inditum fuisse: Multa præterea docet Plato in eo ipso libro: per quæ non solum res finxisse poetas ostendit: sed etiam nomina affinxisse. De Eolo autem: & Miseno nihil habeo: quod referre possim ex alicuius auctoritate. Misenus tamen significare potest odiosum. Eolus autem uictum: & putridum. hæc tibi dicere possum: in quibus si tibi satisfacio: bene est. Si non satisfacio: in omnino ditatem librorum accusa. Vale.

Leonardus Colucio Salutem. P.D.



EPISTOLARVM

*ut in populo
presidentem quod
nomen*

n On satis conspicuum tibi factum animis: quod superioribus ad te litteris de Hectore scripsi. petis quoque & unde id nomen ductum sit: & quomodo apertius explicari. & simul admirari uideris: si id primauium non sit: sed postea ab euentu quodam illi uiro tributum: ut apud nos Troquati: & Cincinati: & Aphricani. Ego autem exiliter: porro: ieiuneque rescripsisse: non inficias eo. Sed accidit hoc pudore quodam: quod ad te hominem ea aetate: auctoritateque hisce de rebus scribens: quas tibi notiores esse puto: quam mihi: ueritus sum ne obtunderem aures: ineptusque fierem: si prolixius in iis ostendendis fuerim commoratus. Itaque uelut admonuisse: & tanquam digito monstrasse contentus: non ultra explicui. Sed quoniam illud tibi placere intelligo: parebo equidem uoluntati tuae. Et quod tunc properatio abstulit: nunc mora resarciat. Primum igitur de Hectore non dubito quid id sit. non proprium nomen: sed a poeta fictum: ut etiam neque de Astyanacte: neque de hyppolito dubitari potest. nam & Astyanactis aliud nomen ab ipso poeta didicimus Scamandrium: & hyppoliti: quem fabula tradit turbatis distractum equis. Nomen hoc ipsum ita designat. ut plus quam manifestum sit: ab euentu fabulae fuisse impositum. Nec ulla sane admiratio uel tibi: uel aliis esse debet: si a poetis fingantur nomina: cum res ipsas fingere illis permittamus: quas constat minus esse in potestate nostra secundum naturam: quam nominum ipsorum impositiones: praesertim cum iusta quaedam ratio nuncupandi: ut est in his ipsis: quae supra memorauimus. hectoris enim filium: quia spe successionis: quasi designatus quidam rex opinione hominum habebatur: Astyanax a poeta dictus est. A deo quoque fictum nomen praualuit uero: ut Scamandrius quid fuerit: nemo sciat: Astyanacta uero omnes cognoscant. hippolyti quoque non dubito: si modo quisquam is fuit: quam Thesei filius ab equis distractus. fertur aliud nomen fuisse: quod postea ab hoc ficto: & aduentitio obscuratum deperit: ut iam nisi Hippolytum nemo intelligat. Eadem ratio de Hectore est: quod & ipsum a poeta fictum apparet: dictum aiunt ab eo: quod urbem tenuerit. Quod quia non satis clarum tibi uideri scribis: conandum est lucidius aperire. Tale enim aliquid intelligi uolo: quale est uirgilianum illud. In summa custos tarpeia mallius arce.

Stabat pro templo. & capitolia celsa tenebat.

Tenere. n. hoc in loco teneri est: & defendere. Ab hac itaque significatione tractus est Hector. Nam grace: teneo est. Inde Hector uerbale est nomen ex eo illi tributum: quod is solus patriam tenuerit contra graecorum impetum. Patescere iam arbitror quid ipse intelligam. Nil tamen uetat enodatus explicari. A poeta enim ipso

siquis

si quis in hunc modum quærat. Dic mihi Homere tu apparatus græcorum tantos facis: ut mare quidem classibus: terra autem incredibili armatorum multitudine compleatur. Conueniunt reges concti: & proceres ad troiam oppugnandam. Obsidet illam: atque circumstant. Quis ergo aduersus tantam uim tenere urbem poterat: In hunc modum si quis roget: respondebit poeta: Filius erat quidam Priami regis: maximus natu Is dux & imperator incredibili uirtute contra tantam græcorum manum troiam tenebat. Atque eam ob rem: cum hec in poemate describerent: hunc ipsum admirabilem: præstantemque uirum a te uendo Hectorem nuncupauit: nomenque a re fingendo pertraxi. Quotiens ergo de Hectore scribo: totiens de eo: qui urbem tenebat: sentio. Nec multum admodum interest Hektor dicatur: an is qui urbem tenebat. Hec igitur si poeta dicat: liquidissimum erit: quod requiris. At enim iqui es non solus Hektor tenebat troiam contra tantos hostium conatus: quo pacto. non id posset. Sed & alii cum eo per plurimi troes: & licii & dardanii cominus pugnares: immo solus si Homero credis. Quodam enim loco sui carminis cum Hektoris mentionem fecisset: quasi rationem huius afferret: ita subiunxit. Solus enim hic seruabat urbem: & moenia longi Ambitus. & alio loco inquit. Solo stabat hectore troia. Nec tamen in hoc ipso mentitum putes Homerum: quia solum dixerit. Nam imperator in exercitu: ut Aristoteli placet: mentis atque animi instar habet. Milites uero quasi membra quædam ipsius: & instrumenta sunt. Ut igitur neque pes: neque manus: neque do labra facere opus dicuntur: sed artifex: cuius iussu illa mouentur: ita in bello non militum: neque exercitus: sed ducis: imperatorisque opera sunt. Imperator uero erat Hektor. Non ergo superlatione: neque iactantia Homerus de Hectore locutus est: quod solum hunc dixerit troiam seruasse. Sed philosophia plenus diuina quædam intelligentiæ uis: ex archano ueritatis ista decerpit: laudes in re militari: ac res bello gestas imperatori: & duci: hoc est rationi & prouidentia totas ascribens.

Vale.

Leonardus Salutem Dicit Nicolao.

It si ego mi nicolae prius quoque uehementer amabam Platonem tuum: sic enim placet mihi appellare illum: pro quo tu aduersus indoctorum turbam omni tempore pugnaisti: tamen ex quo hunc dialogum eius latinum facere incepi: tantus mihi beniuolentiæ cumulus accessit: ut nunc amare ipsum uideat: prius autem solummodo dilexisse. Caue enim existimes quicquam omnino reperiri posse: quod aut sapientius scriptum sit: aut facundius. Quod quidem ego nunc magis: quam antea intelligo: cum ob conuertendi diligentiam singula eius uiri dicta undique conteram: atque olfaciam: necesse est. Maximas igitur. Colucio patriæ præceptoris meo gratias ago: qui in iungendo hoc munere tantum mihi beneficium attulit. prius enim Platonem dumtaxat uideram: nunc uero etiam ut mihi uideor: cognoui. Cuius ego libros: si aliquando absoluero. & latinos

EPISTOLARVM

quemadmodum cupimus: effecero: ne tu mi Nicolae quicquid adhuc legisti præ illius uiri maiestate contemnes. Est enim in illo plurima urbanitas: summaque disputandi ratio ac subtilitas: uberrimæ diuineq; sententiæ disputantium mirifica iucunditate: & incredibili dicendi copia referuntur. In oratione uero summa facilitas: & multa atque admiranda: ut græci uocant. Nihil est enim infidiationis nihil uiolenti. Omnia sic dicta sunt: quasi ab homine: qui uerba atq; eorum leges habeat in potestate ipsa optima ac ditissima matura: omnes animi conceptus summa cum facilitate: uenustateq; exprimētur. Eiusmodi quidem apud græcos est Plato: quem ego nisi apud latinos quoq; talem ostendero: aperte sciant illum meo uitio deteriore factu. nec se Platonem legere putent. sed meas ineptias. Verum ego laboraturum quidem me: ne id contingat: polliceor. prestaturum uero non polliceor non enim auderem talia de me ipso polliceri. Illud certe tibi: nisi fallor: præstabo: ut Platonem tuum sine molestia legas. Addo etiam ut cum summa uoluptate legas. Quod: ut puto: neq; a Chalcidio: neq; ab hoc altero: qui bene atq; grauius nomen suum suppressit: adhuc tibi præstitum est. Sed illi forsitan alia uia ingressi sunt: ego autē alia. Illi enim a Platone discedentes: syllabas & tropos secuti sunt. Ego aut Platonem adhæreo: quem ego ipse mihi effinxi. & quidem latine scientem: ut iudicare possit. restemq; cum adhibebo translationi suæ. atq; ita traduco: ut illi maxime placere intelligo. Primo igitur sententias omnes ita conseruo: ut ne uel minimum quidem ab illis discedam. Deinde si uerbum uerbo sine ulla inconcinnitate: aut absurditate reddi potest: libentissime ominus id ago. Sin autem non potest: non equidem usq; ad eo timidus sum: ut putē me in crimen læsæ maiestatis incidere: si seruata sententia: paulisper a uerbis recedo: ut declinem absurditatem. Hoc enim ipse Plato præsens me facere iubet. Quicum elegantissimi oris apud græcos sit: non uult certe apud latinos ineptus uideri. His ego fretus nisi q; tibi pollicitus sum effecero: non recuso equidem. quo minus in pilstrinum dedar. Sed hæc satis. Orationem in qua laudes florentinorum congeffi: latio florentiæ urbis inscribi placet. Eamq; ut Colucius uideat: curabis. Vak. non. septembris. Ex uilla lenzanichi.

Leonardus Salutem. D. Panagatho.

Esco quibus uerbis: aut qua: oratione uti queam ad hanc immensam animi mei lætitiā: uoluptatemq; exprimendam. Tāta est enim magnitudo gaudii: ut omnia uerba leuiora: frigidioraq; uideantur. Redditus est mihi frater amicus: comes familiaris: socius studiorum pariter ac uoluntatum. Atque inde redditus est unde reditionem eius iam planissime desperaram. A durissimo carcere: a truculentissima bestia: a manibus immanis tyranni: qui nocentem & innocentem cædibus pariter inhiabat: mihi redditus est. Ab hoc tam crudelitate: tamq; sauo portento meus dulcissimus ac suauissimus Panagathos sospes incolumisque euasit. Abiit mœror: cessauit afflictio: recessit animi assidua agritudo. Neque enim mihi poterat esse quicquam dulce: dum is amicus: quem ego

ego plus quā dimidium animi mei semper putavi: i squalore & carcere iniustissime tenebatur. Ah quos ego dolores: quas erumnas perpeſſus ſum. Quotiens deos atque astra crudelia appellavi. Quotiens iuſticiam dei culpavi: quæ talia ſufferret. Sed inquit ille. Lento quidem gradu. Iam enim non ſoluta ex liberatione tua leticiam capio: uerum etiam ex ruina huius nouiſſimi Phalaridis: quæ mihi in immenſum accumulât gaudia. Sed hæc ſatis. Nunc uero mi dulciſſime atque ſuauiſſime Panagathe. ſic enim te magis appellare iuuat. Nam tantundem ſignificat: & minus habet aſperitatis: ut unquam antea te amaui: ita etiam nunc amo. Et ut de tua iniuſtiſſima captiuitate ſummum dolorem accepi: ita de tua iuſtiſſima liberatione ſummam capio uoluptatem. Et quoniam in hoc loco poſitus ſum perſcrutari quicquid curia habet romana: ſiquid eſt: quod uſui tibi exiſtimes: mihi notū face. Ego quicquid mea opera ſtudio diligētia efficiere poſſum: in tua poteſtate totum profiteor.

Vale.

Leonardus Salutem dicit Nicolao.

Ergrata mihi fuit diligētia tua: quæ libros ad me feſtiue indutos miſiſti. Siue illos Cerberus: ſiue Radamanthus ornarit: belliffime habent. Id tamen admiratus ſum: quæ ſine tuis litteris uenere. Pontifex cum uniuerſa curia paulopost recessurus eſt ad urbem. Ego iam pridem te uocaſſem: cognito deſiderio tuo uidendi romam. Iter enim hoc mediam confeciſſes nobis comitibus atque locis. quod certe uoluptati: ut opinor: tibi fuiſſet. Verum ita producta res eſt uſque in hanc diem: ut ambiguo fuerit uerbis ne dumtaxat: an te uera iter eſſet futurum. Profeſto contra atque fieri ſolet: in hac deliberatione noſtra euenit. Non enim maior pars meliorem uicit: ſed melior eademque maior a minore atque peiore ſuperata eſt. Ingemiſcentem enim curia uiterbio abimus paucorum cupiditate ambitioque compulſi. Et romam uadimus ad homines preter quæ magnifice quondam a nobis offenſos: ingenio quoque ac natura ad res nouas procliuēs. Nec omnino peccata eſt urbs. Nam itra mœnia ipſa mollem Hadriani hoſtis habet. obſeſſus quidem attamen habet. Qua de re non bene a prudentibus uiris uideo augurari. Nos ut cunq; tandem res ſunt: bono animo erimus. De Colutio autem noſtro: quo me uertam neſcio. Scripſit enim nuper ad pontificem commendationem de me amplam ſane ac luculentam. Ego ſtatim perhumaniter ac uerecunde illi per meas litteras de hoc ipſo multis uerbis gratias agi. Nec prætermiſi ſuperiora eius beneficia: Nihil denique abſuit quo minus illi in beniuolētia inſigni etiam cum gratitudine reſponderē. At ipſe quaſi ueretur: ne homines ex illa cōmendatione iua pluris me facerent quā ſat eſſet: ſecundis continuo litteris mirabilem palynodiam cecinit. Nam cum ad eum: quaſi ad parentem queſtus eſſem: quod febriens nec uina: nec medicos: nec aliud quicquid ægrotantibus aptū in hac urbe reperiſſem: arrepta hinc occaſiōe quaſi ipſe Zēo: aut. Diogenes eſſet: me ut uſa nū lacerare cœpit: quod uidelicet afficeret erga corporis uoluptates. Vtrinam hæc uoluptates inimicis prouēiāt meis: ut quotidiana febre extuātes: uia. & medicos regrāt

EPISTOLARVM

Nam humanius erat mecū pro nostra amicitia: ipsum quoq; q̄ iis caruerim doluisse. Sed ōmittamus. Ego. n. ad eum rescribens: cum plane stomacharer: ad hoc ipsum respōdere nolui: ueritus ne si respondere cōpissē: impetus me ultra: q̄ uellē corripere. Itaq; eam transgressus partem: alia quādam leuia: quæ inepte quidem eius epistola cōtinebat: non absq; aculeis quibusdam infectatus sum. & hoc ipsum fecisse me pœnitet. Nam tolerare honestius fuit: quacūq; mēte id agat: præsertim cum parentis cum loco habuerim hætenus: & habiturus p̄petuo sim. Vale. v. idus martii. M. cccc. yi.

Leonardus Nicolao Salutem.

Nuitus equidem: quod ubi iam ante scripsi: romā redieram. magis tamen inuitus abscedo. Iuuabat. n. quacūq; esset rerum conditio: unā cum reliquis eadem fortuna subire. At iminentibus copiis hostium: & crescente in dies metu: pontifex me auxiliorum conuocandorum causa: in picenum & gallicum agrū dimittit. Qua in re cætera sunt molesta. Illud tamen me iuuat: q̄ te uidere ante reditum spero. Vale. Romæ. viii. idus aprilis.

Leonardus Nicolao.

Eri cum arimino proficiscens: casenam uersus contenderem: nunciatus ē mihi obitus Colucii nostri optimi: ac sapiētissimi uiri. Quo ego audito ita mente concidi: ut post longu spacium uix me recipere ualuerim. O me infelicem: qui tali parente orbatus sim. Atqui ego: pontifex cum me in hanc legationē dimitteret q̄q̄ iter erat molestum: tamē ea de causa id munus suscepi: q̄ sperabam: idq; cum eo pepigeram: me confecto negotio: florentiā uenturum: & aliquot dies uoluptatis causa apud uos moraturum. nunc ut uideo: non ad uoluptatē: sed ad luctum uenturus sum. Na quomodo siccis oculis plateā illam: quō publicas ædes: & tēpla florētia urbis potero intueri: in quibus cū illo præstantissimo uiro sum diutissime cōuersatus. Quomodo te cæterosq; familiares cōspicere: quos non imerito iugere cōiecto: Sed finē scribendi faciā. Impedior. n. lachrymis. Volo autē ut me Bonifacio: ac cæteris filiis: itēq; Ioanni nepoti totū offeras. Cū. n. pater illorū mihi pro parente fuerit: decens est ut filios ipsos pro fratre colā. uale. iiii. idus maii. Ex mutiniana. M. cccc. yi.

Leonardus Nicolae Medici.

Tatueram ad te nihil scribere: anteq̄ romam redissem. sed cum. Laurētius cremonensis uir perfamiliaris. & studiosus tui hodie mihi occurrens: nunquid ad te uellē rogaret: nolui ipsum omnino uacuum dimittere litterarū mearum. Scito igitur me iā multos dies uiterbii cōmoratum. Nā iter sic infectum latrociniis: & hostilibus incursiōibus fuit: ut tuto trāsire posse desperari. Nunc uero quoniā induciā quædā cum hostibus facta dicuntur: licebit iter arripere. Quod faciā hodie ut spero. Ex urbe roma prolixius ad te scribā. Vale. ii. cal. iulias:

Leonardus Salutē Dicit Antonio Grāmatico.

Em superuacuā postulare uideris: & actum: quod est cōtra prouerbiū agere nā cum in tanto conuētu hoīum: tantaq; celebritate ex mandato pontificis sententia dicta sit mihi oīno relictum puto: de quo quis super

ea rejure possit ambigere. Quāq̄ & anteq̄ iudicaretur: eiusmodi erat hæc ueltra disceptatio: ut nulli: qui mō aliquid legisset: non ridenda illa quæstio uideretur. Et enī quis nisi omnino rudis: & ab omni doctrina penitus alienus: dubitandum putaret: quid de natura: aut de significatione alicuius uerbi tenēdum sit: quod uideat apud excellentissimos latinæ lingue auctores quēadmodum significet: frequētissime declaratum. Omnes qui in arte grāmatica unquā scripserunt: quotiens de significatione uerbi: uel constructione dubitandū est: ad doctissimorum uirorū scripta cōfugiunt. atq; ex illorum usu quo pacto nobis utendū sit: firmissime tradunt. Quid enim priscianus cæsariensis in libris suis aliud docet: q̄ quemadmodū eruditi homines latinis uerbis sunt usi: Hoc eiusmodi est. quamobrem. sic enī. Cicero in Prothagora. Sic Plautus in asiāria. Sic Lucanus in lexto. Non ne cum existorum aut cæterorum auctoritatibus cōfirmavit: & sibi: & cæteris satisfecisse arbitrat: Idem apud grecos facit Aristarchus. Idem cæteri omnes: qui hanc artem tractauerunt. & recte. Cum enim arbitriū uis & norma loquēdi: penes usum cōsistat: quis efficacius q̄ doctissimi: & elegantissimi homines: & in dicendo maxime comprobati possunt de hoc usu testimonium perhibere. Indoctorum enim corruptela: non usus loquendi appellandus est: sed abusus. Cum igitur legamus fastidiētis stomachi est. Et rursus oluscula: quæ nunc: Squalidus in lingua fastidit compede fossor. & Inuenies alium si te hic fastidit alexis. & cælestes diuitias fastidire. & Si sciret regibus uti fastidiret olus: qui me. & milia huiuscemodi apud probatissimos auctores scripta. quid iam reliquitur: quod de natura aut significatione huius uerbi fastidio: nisi cum summo audientium fastidio disceptari possit: Si apud unū duntaxat ex iis: quos supra mēorauī: hoc uerbum sic constructū reperiretur. tamē propter auctoritatem scribētis probandum cēserem. Cum uero apud omnes eodem mō repiatur: quis nisi stultus: & arrogans iam improbabat: Quod si nullam rōnem inuēiremus: cur ita diceretur: Tamen ipse usus excellentium uirorū pro ratione esset habendus. Nunc uero cum preterq̄ q̄ omnes hoc mō uideremus locutos: etiā rō eiusdem sit: cur ita dicatur: nullus omnino repugnandi relictus est locus. Nā cū factus elatiōem animi per despectum significet: clarum est illum fastidire: qui per huiusmodi fastum aspernatur: & despicit. Non igit̄ carnes fastidire te possunt: cū inanimæ sint: nec in illis cadat huiusmodi elatio. Aliud est enim fastidire. aliud fastidium parere. Parit enim fastidium res: quæ me p̄ saturitatem: uel alium quēuis modum ad aspernādam inducit. Ipse uero animus: qui aspernatur: & quasi ab ea re se contrahit: & quodāmodo abhorret: fastidire dicitur. Sic Coridonem Alexis p̄ fastum id est p̄ elationem animi fastidiebat. Sic. C. Marius. L. Syllā fastidiuit quæstorem. Sic qui sciret regibus uti fastidiret olus. Quod nōnulli parum intelligentes: nec subtiliter discernentes: ista duo confundunt: præsertim cū uulgari cōsuetudine loquendi mentem nequeant auocare. Sed certe ut ei q̄ recte ædificare uelit: lapides ad filum regendi sunt: nō filum ad lapides: sic ei: qui recte loqui curat: non intellectus ad uerborum struē: sed strues ipsa uerborum ad intellectum est referenda. Hac igitur ratione & simul superiorum auctoritatibus motus te uictorem

EPISTOLARVM

in hac controuersia iudicauit. atq; hodie et iudico: & aduersarium illum tuum: qui te uestigia: auctoritatesq; antiquorum imitantem: minus congrue loqui contendit: rudemq; atq; improbandum esse dico. Vale.

LEONARDVS NICOLAO.

Itto tibi exemplum eius epistolae: quam me per tuas litteras flagitasti. Ridebis opior legens. Sed longe magis risisses: si stultitiam. ro. populi duobus grammaticis fauentis conspexisses. Comiserat. n. mihi pontifex: cum iam ad ipsa studia partium non secus ac seditio quaedam urbana peruenisset: ut causa per me cognosceretur. Fastidiosus ego iudex fui. & cum fastidio de fastidio disceptauit: illorum fastidians ineptias: qui per fastidium ueram sententiam fastidiebant. Vale. Roma. cal. augusti.

LEONARDVS NICOLAO SALVTEM

Egocia Lupi nostri: de quibus significari tibi iam saepius me per tuas litteras monuisti: scias plane his proximis diebus esse confecta. Postulatio enim qua mihi illius nomine tradita fuerat: nobis deprecantibus: per pontificem admissa est. De quibus ad ipsum scribo latius. Quae litterae ut ei reddantur curabis. quod autem de Collucii laudatione significari tibi postulas: procedit sane opus satis: ut mihi uideatur: luculente. Verum quia institutus sic fuerat sermo: quasi in ipsius uiri funere secundum antiquum morem eiusmodi haberi uideatur oratio: sepe mecum ambigo: an praestet totam dicendi rationem: sic mutare: ut fictionem in re: praeterim seria euitemus. Nec lachrymis & lamentationibus ei tempori congruentibus impediamur: multaque relatu digna forent referre. Tempori ut nosti inseruendum est. Nec iucunda tribus satis concinne admisceri possunt. Itaque si rationem dicendi mutauero: uideor paulo ampliorem campum ad dicendum habiturus. Nam quod de prolixitate orationis me admones: idem mihi quoque placebat. Sicque institueram. Sed nihil fas esse duco te a me celari. Amicus enim ad amicum loquor. i. ipse ad me. Stamina ipsa & fila nescio ob rei ipsius: de qua agitur: uel ingenii: uel utriusque simul paupertatem mirifice me destituunt ad id: quod exorsus tueram pertexendum. Atque ut ego nunc uideo. & ut tu clare plerumque soles: nos plane hoc tempore homunculi sumus. Quibus & si magnitudo animi non deesset: materiam certe deest ad nominis atque gloriae amplificatiorem. Marcum claudium Marcellum siracuse captum: nola defensa: Hannibal repulsus: & multis secundis praeliis superatus: consulatus. v. praefatus. ii. Caeus dux hostium: & optima feretro Ioui suspensa spolia: triumphus: & ouatio celebrem reddunt. De. M. Portio Catone Syllae trucidandi consilium: tribunatus militum: avarium purgatum: thesauri cypro deuecti: contentiones tribunitiae contiones in festis: repulsa contulatus: praetura urbana: ciuile bellum: & ferro prius: deinde manu impetita uiscera latam ad scribendum Ciceroni nostro prestiterunt materiam. Agesylai uero: quem laudat Xenophon: Herculis posteritas: lacedaemonis imperium: magnifice res gestae: innumerabilia per asiam graeciaeque trophoea: puellaris uerecundia: & probata per omnem aetatem castitas memoratur. Possum infinitos pene referre de nostris: ac graecis illustres uiros: quorum latissime sunt res gestae diffusae

stæ diffusa. Nos aut hodie q̄ in angusto uersamur. Quid enim nunc referā: Aut quid dicam: Magistratus ne in urbe: uel extra urbem gestos. at me q̄ magnifici ii magistratus sint: ualde pœnitet. An res bello gestas: Apud potioli credo memorabile editā pugnam: aut tu legere poteris absq̄ risu: aut ipse ego: si cōpos mentis fuero: describere audebo: Cōtentiones populares nullæ sunt. leges perlatæ nullæ. de creta etiam nulla. Mores duntaxat: & humanitas superest. Tamen in illis ipsis: nisi aliqua insignia liberalitatis: humanitatis: prudentiæ: seueritatis: constantiæ: supra cōsuetudinem egregii: ac rari exēpli edita faciora extent: satis copiose laudari nō possunt. Vniuersi quidem generis laus parum habet momenti: nisi ad singularia descendis. Singularia uero q̄ admirabilia uideri. possunt: nisi sint egregia & rara: uelut Fabii subuētio pro salute Minutii ab hoste circumuenti. Quo uno facto summus ille imperator tres maxias uictorias consecutus est. Vicit enī seipsum. Vicit inimicum. Vicit hostem. uelut Marcelli humanitas: & magnitudo animi: q̄ factes deposuit cōsulares: ut accusatoribus syracusanis apud senatum conquerentibus par esset. In iis atq̄ huiusmodi laudandis prius me hercule charta atq̄ atramentum mihi deforet: q̄ orō. Nos uero quid simile: aut par. quid egregium: aut admirabile: præter studia & litteras. Itaq̄ me in illis iactabo immodice: & tamen cætera diligenter perquiram: & colligam: quo prolixitas impleatur. Vale.

LEONARDI ARRETINI EPISTOLARVM FAMILIARIVM

LIBER SECVNDVS.

Leonardus Francisco Principi Cortonensium Salutem. PL. D.

Arie delatam ad te famam de Innocentii morte: non equidem admiror. Quippe & hic apud nos i loco ipso: atq̄ adeo in ipsis ædibus: quibus ipse diē obiit: uaria uarii suspicantur opinanturq̄. Plena est enim maleuolorum curia. Alii cōfestim putant: quæ uellent mala. Alii per calumniam: & quæ nō putant: diffundunt. Mihi uero q̄tum ex iis: quæ aspexi iudicare licet: nequaquā dubium est: illum natura interisse. Quid enim aliud putē de homine: q̄ & supra septuagesimū ætatis añū: & ualitudine fracta: ac misera fuerit: Neq̄ enim nunc primum uis morbi in illo: sed iam pridē erupit. Nam præterq̄ q̄ pedibus æger: & lateris dolore nōnunq̄ cruciabat̄: bis a poplesia: quod q̄dem scierim: correptus est. Romæ prius leuius: deinde uiterbii grauius: cum in auditorio sederet. Quo quidē in loco: nisi aliquot familiares circa illū fuisset: q̄ accurrētes suscepimus: spectante multitudine: de sella in caput uoluebat̄. A nobis tunc in cubiculū relatus: semianimus plac̄: atq̄ eliguis nō nisi lōga difficultq̄ medicorum cura de mū euasit. Si idest euadere mortē differī. Per martiū inde mēsem romā regressus q̄ diu æstas caloresq̄ fuerūt: non improbe se habere uisus ē. Ut gēte mox i hyemē añō: rursus corruit. atq̄ interiit. Illud mō iterfuit: q̄ prima illa uiterbiēsi ægrotatōe linguā sic ipeditā habuit: nihil ut exprimere nō ridicule q̄ret. In extrema uero ista: qua defunctus ē: nullū lingue impedimētū apparuit. Præterea i prima illa difficilis & morosus: i hac p̄facilis ac phumāus. Quatriduo añe obitū eius tabellarios florē-

tini populi: qui captas tunc primum pisas attulerāt: in cubiculum ad eum perduxit. Cum quibus ita prospere saluteq; locutus est: nullo ut premi morbo uideret. Ita ta uero patientia & humanitate: ut pedē ex lodice nudū proferret: quo illi oscula rētur. Interiit autē romæ apud basilicā uaticani. corpusq; eius post funebrem pompam in eadem basilica sepultum est. Vale.

Leonardus Franciscus Principi Cortonensium Salutem. PL. D.

Vod flagitas ut ad te scribam de actis nostris: est mihi quidem non satis ocii ad singula exaranda. Attamē per currā quæ magis cognitu digna uidebantur. Post Innocentii mortem: funusq; de more illi peractū: longa patrum deliberatio fuit: super sederēt ne electiōe: an alium in demortui locū pōtificē crearent. Faciebat uero dubitationē q; p̄cipes galliarum: quorum ut scis: populi diuersa sectantur: pōtificē suum: quē. Benedictū uocant: strictis promissionibus adegerunt sese abdicaturum esse. siue cardinales nostri mortuo pontifice super sederēt electione: siue pōtifex ipse item se abdicaret: quo utriusq; collegio in unū cōueniente: unica indubitātū pōtificis sequerēt assumptio. Sancta certe prouisio principium galliarum. & cōctis fidelibus merito cōmendanda. Neq; n. finem ullum inueterati scismatis sperare licebat: si de iure disceptaretur: præsertim cū præter deū iudicem ea causa nullum haberet. In hac igitur cōsultatiōe: cuius tu & causas & respectus iam cernis: occupati patres: qd utilissimū esset: aut facile statuebāt. Propterea qd in supersedendo: & seditionū metus: & longior ipis dilatio: & frustratio aduersarii & huiusmodi multa timebantur. & in eligendo uoluntas eius: q̄ assumptus esset: formidabilis uidebatur. Vicit tandem eorum sn̄a: qui eligēdum quidē pontificē suadebāt: sed ualidissime obligandum: quo aduersario se abdicare uolentē: ipse quoq; pontificatum dimitteret. Ea mente iā cōclauē ingressis: super uenit Ioannes Dominici a florentinis orator. Huic postulātū contra cōsuetudinē: fenestella cōclauis aperta est. & alloquendi partes facultas p̄missa. Summa orōnis eius ista fuit. Missum se a florentino populo ut patres cohortaretur: electiōe super sederent. Eam quidem certissimam esse uia unionis cōsequendā. Hæc multis uerbis magnaq; facundia homo dicēdi exercitatissimus cum ægisset: patres per se ipsos feruentes: magis incendere uisus est. Itaq; respōsum a patribus est: quādo iam conclaue intrassent: electuros quidem: uerum ita prouisuros: ut electus qui fuerit: procuratorem potius ad deponendum pontificatum: q̄ pōtificem se factum intelligere possit. Id enim iam pridem se cōstituisse. atq; ea mente conclaue ingressos. Finito in hunc modum colloquio: summum ad negocium patres reuertuntur. Cautio ab illis hæc adhibita est. Unusquisq; patrum promisit solemniter. ac deo uouit. & iureiurando sanxit: si sibi contingat ad pontificatum sumi: aduersario pontifici statim scripturum: inuitaturumq; ad sese inuicem abdicandos. Procuraturum in super omni uia & modo unitatem. Idq; bona fide sine ulla fraude promissionem & uotum & iusiurandum: quod ipse præstitisset: omnibus regibus: principibusq; per suas litteras primo quoq; tempore significaturum: quo eos testes haberet obligationis suæ. Ea multis solemnibusq; uerbis cum in bellum redegressent: & chirographa

grapha singulorum confecta essent: agitare posthac de electione coeperunt. Vir quærebatur non tam peritia rerum gerendarum: qua fide integritateq; idoneus: Quippe ad bene agendum in hac quidem re non caliditate cōsiliū: neq; profundo archanoq; pectore: sed bona uolūtate opus fieri uidebatur. Ita animati cum singulos perpendere: tandē in Angelum corario natione uenetum: mentem cōsensūq; oēs uerterunt. Is fuerat paulo ante opera Innocentij pontificis inter patres ascit: cum antea titulo tenus patriarcha constantinopoleos hēretur. Vir prisca seue ritate & sanctimonia reuerēdus. Is ergo cōclauē egressus promissionem uotum & iuramentum: quæ priuatus fecerat: nunc in potestate cōstitutus: iterato nouauit. Atq; ita loquitur de uniōe: ut si caetera desint: pedibus & baculo sese iturum ad eam cōficiendam asseueret. Nos opera uidebimus. Et certe spes bona superest: ob eximiā huius uiri integritatem. Præterea tāta est omnium ad hāc rē cōspiratio atq; ita erecti conctorum animi: ut si tergiuersari uoluerit: nullo modo sint pmissuri. Vale.

Leonardus Nicolao.

Excenarum epistolarum tibi debitor sum. Et quidem iam antea sit i mora constitutus: ut uix illa purgari posse uideatur. Sed tibi etiam atq; etiam uidendum est: utrum præst solutionem huius debiti particularem recipere: an dum integram summam persequeris: totum amittere. Hoc igitur quoniam te malle opinor: his tabellis partem dissoluā. Reliqua deinde aliis: quo ad datorum receptorumq; fiat ratio par. Illud ante omnia præmississe uelim: quoniam de morte successoris Colucij per tuas litteras admones me. nec si presens essem: cādidatum profiteri uelle: nec absentem cupere: ut meum nomen per suffragium edatur. Satis enim mihi est honoris quicquid est. locumq; teneo pro ætate honestissimū: nō ambiendo neq; petendo acquisitum sed ultro a pontifice maxio oblatum. Hic ego mihi uiuendum puto. atq; eo magis qd̄ bona spes habetur: hanc pestiferam diuisionem e medio sublatum iri. Erecti. n. sunt conctorum animi post innocentij mortem. Et qui ante mussabant: nunc palam unitatem efflagitant. Nouus pontifex de positis contentionibus: aduersario scripsit benigne illum ad pacem inuitans: seq; paratum offerens: si ille hoc facere uelit pontificatu abdicare: quo unica. ro. pontificis sequatur electio: Harum litterarum cum de industria conctis iis: qui pitiores habentur: mandata cura fuisset. tandemq; scripta seorsum cuiusq; pontifici: patribusq; recitarentur: arretina ciuitas: quam nōnulli contemnendam putant: iudicio omnium palmam tulit. Iunior inter seniores: noua inter ueteres: ac diu exercitatos expectarem: ut hæc ab aliis audires: nisi tu quoq; iam me plus æquo contemnere uidereris: qui me lethem potasse scribis. et inter curiales occupationes bonarum artium studia decoxisse. Atqui nullæ unquam de re maiori littere a pontifice ullo scriptæ fuerunt. Nec aut grauior: aut usitator materia unquā extitit. et in qua singulæ penæ syllabæ attentiori examine discuterentur. Non possunt omnia mandari litteris. et simul festinat tabellarius. ac ex tempore mihi scribendum ē. Quod uero flagitas ut laudationi florentinæ urbis: quam nuper edidi: nunc parta uictoria: pisifq; in ditionem adactis: hanc partem adiungam. Ego quoque faciendum cen

ferem: si cursum uictoriarum non longius processurum existimarem. At ego ma-
iora exspecto: Ni frustra augurium uani docuere patētes. Quare historia opus erit
Et si sapiunt ciues tui: docto alicui demandabunt. Mitto unam ex Demosthenis
phylippicis: quam proximis diebus interpretatus sum. Tu uide an ea interpretatio
hois: qui longa potarit: obliuia tibi uideatur. Aliam uero orationem famosam sci
licet illam pro Tesiphonte: quam habeo in manibus. Si hæc non displicuerit ti /
bi: alias mittam. Nunc istam habe degustationis loco. Vale.

Romæ x. cal. Ianuarii.

Leonardus Nico lac.

Rationem Demosthenis: quam proximis diebus cum per uacationem. ro-
sedis ipse quoq; ab occupationibus uacarem: ex græco interpretatus erā:
puto te iam legisse. Et pro certa tua diligentia omnem eius uim studiosis
sine annotasse. Sed tūc cum illam ad te darem: oblitus sum aliquid præfari ac præ-
mitte re. quo tibi eius cognitio clarior ac dilucidior esset. Ita nequaquam miraret: si
te & de Diopythe: & de cherroneso: et de totius rei serie dubietas quædam haberet.
Res enim apud nos minime celebris ē. nec eam narrat orator illa: ut opinor: de cā:
quod tunc in consultatione explicata: omnibus nota atque aperta erat: ut est et apud
Ciceronem nostrum. Ibi paruis de rebus: sed fortasse necessariis cōsulimus patres.
Contra de apia uia: et de moneta consules: de Iupercis tribuni plebis referunt. uides
hic per oratorem nullam rei notitiam præberi: quod omnia fuerint ante in consultati-
one explicata: quæ alias aliter: ut de imperatore elligendo post principium ait: Bellū
maximum et periculosissimum uestris sociis: atq; uectigalibus a duobus regibus i-
fertur: Mithridateq; et Tygrane. et cætera usq; illuc ubi dicit: Causa quæ sit uide-
tis. Nunc quid agendum sit considerate. Vbi de narratione ad partitionem sermo
traducitur. Credo satis notum fuisse populo. Ro. mithridaticum bellum tamē nar-
rare libuit: quod tamen non ex necessitate facere: ostendit: cum dicit. Atq; ut inde
oratio mea proficiscatur. et. c. Vbi manifestum est magis ad ordinem causæ: quæ ad
necessitatem eiusmodi narrationem accommodari. Sed hæc omittamus. Quando
enī supersedendum sit narratione: et Cicero ipse docet. et is qui dicturus ē ex tēpo-
ris et causæ et personarū: quæ audietur: sunt: opinione peritiq; iudicabit. Ut autē
ad illa ueniam: quæ tunc prætermisi: cum pax cum Phylippo esset atheniensibus:
nec secuta tamen: nec tuta: missus est Diopythes cum delectu ciuium. qui cherron-
nesum habitarent. Id erat quasi coloniam deducere: ueluti apud nostros: fesulas a
L. Sylla. et bononiam a Scipione sunt colonie deductæ. Accipiebant ii qui deducti
erant: arma et uiaticum ex publico: et agri portio uiritim assignabatur. cum igitur
Diopythes in cherronesum uenisset: cæteris eius regionis hominibus haud cūctā
ter colonos recipientibus: sola cardianorum ciuitas recusauit. Ob quam cām cum
bello a Diopythe lacefferetur: accito Phylippo sese per illius auxilia defenderunt.
Hoc Diopythes indigne ferens: maritimam thraciæ regionem: quæ phylippo sur-
berat: depopulatus est. Atque se inde propere in cherronesum recepit. Quereba-
tur ergo Phylippus. et pacem esse ruptam prædicabat. seque ulturum huiusmodi
colonos

colonos per litteras suas atheniēsis missas cōmiabatur. Ea de causa cōtio hētur & ad populū de ea re publice refertur. Dicuntur graues in Diopythem sententia. & ab iis maxime: q̄ Phylippo fauebant. Demosthenes uero Diopythem defendit. & ad bellum aduersus Phylippum cohortatur. Quod quibus rōnibus faciat: legēdo dicitur. Cura ut ualeas mi suauissime Nicola. Romæ. ii. cal. Ianuarii.

Leonardus Nicolao.

Etrus Mianus uir iucundissimus: & in primis bene litteratus uehementer cupit noctes atticæ sibi florentiæ transcribi. Itaq; mecum agit: & quoti die agit: ut tibi hoc negocii dem. Sperat. n. per tuam diligentiam cōmodissime fieri posse: ut scriptor & exemplar reperiatur. & studium adiungatur ad illas recte & celeriter perscribēdas. Nūmorum at̄ q̄cqd uel pro chartis: uel pro scriptore opus fuerit exolue. id ut tibi prestos sit apud mēsam Ioānis medici prouidit. Hoc amici mei negocium ut suscipias. ac tua solita diligentia cures: et atq; et oro. Vale. Romæ. vi. cal. aprilis. M cccc. vii.

Leonardus Francischo principi cortonēsiū salutem pl. d.

ostq̄ alias ad te litteras dedi de unitatis negocio: hæc subsequuta fuere: pōtifex noster statim ab initio aduersarium: uti promiserat: per litteras inuitauit ad pontificatum simul deponendum. Ille tantis dem ferme syllabis ad eum rescripsit. Eadem inuitatio fuit: eademq; cohortatio. locus deinde necessarius uisus est: in quo & pontifices ipsi & collegia conuenirent. Ad hoc Saona pari consensu recepta est. urbs medio ferme spatio. & tam mari q̄ terra accessibilis. Prosperè hucusq; & plane & sententia. Deinde turbationes subortæ graues: cōtæq; suspicionibus referta. Necessarii. n. quidam: propiniquiq; pontificis post assumptionem ad ipsum cōfluentes: suspicionem apud multos pepererunt: quasi uoluntatem prius rectam inflectere conetur. Accedit quoq; Iadislai regis detestādus conatus. Cum. n. regnum siciliæ ad sedem spectet romanam. & in hac diuisione nostri quidem pōtifex Iadislao: diuersi at̄ Iodouico andeganensium duci id regnū concesserunt: ac certamina ea de causa fuerint permagna: in quibus tandem Iadislauus prauauit. regnūq; solus possidebat. ueretur nunc ne abdicatiōe facta: & utroq; collegio ad electionem cocunte: gallicus forte aliquis ad pontificatum sumatur qui fauorem in regno obtinendo ad Iodouicum cōuertat. Hac itaq; suspitiōe perimorus: oēs machinas adhibet ad unitatem impugnandam. Quod quidem factū patribus: ac bonis oibus ita molestum est: ut ad summum odium regis nomen perueniret. Nam illi quidem satis cautum erat ex formula ipsa: qua prouidetur: in cūctis dignitatibus: ubi plures a diuersis electi reperiuntur: possessori duntaxat ius fore. Ita q; suspicantur quidam nō tam eo metu regem moueri: q̄ id archane molitur per diuisionem perpetuam sedes romana imbecillior maneat. ac nunq̄ iformicabile robur integrata euadat. Quicqd tandem eum moueat: aperte renititur. adeoque proficit: ut fauona cōmuni consensu ad conuentum delecta: iam iam respuatur. Quo quid ignominiosius italico nomini accidere possit: nō equidem uideo. Oratores ex gallia permulti quotidie ad nos inuitant: hortantur: excitāt. Nos

LIBER SECVNDVS

planc dormimus. Nec quemadmodum fiat hoc tam sanctum opus: sed quō nō fi
at: cogitamus. Habes acta nostra. Quæ quoniã ad te liberius scripsi dolore quor
dã p̄motus: occulte queso has litteras: ne in aliorum perueniant manus. Vale.

Leonardus Francischo Principi Cortonensium Salutem.

scripsi nuper q̄d hoies suspicarentur de regis uoluntate. Nouæ postea res
ifecutæ: & conctæ et: quæ prius obscura uidebantur: magis patefecerunt.
Regis. n. copia ingētes cōiunctis sibi romanis exulibus ad duodecimum
lapidem uia latina conuenisse. atq; ad urbem occupandam uenturæ dicebantur.
Errecta eo metu ciuitas confestim ad pontificem decurrit. periculaq; ostentās pro
uidere iam inde precabatur. Ille negare sedulo aduentare quēq; totumq; rumore
hunc a maleuolis fictum dicere: ut suspitiōes: discordiæq; maiorē in modum au
gerentur. Hæc pontificis assueatio quoniã ex uero proficisci aīo uidebatur. fidē
multitudini fecit. Itaq; nihil quasi subesset periculi: domum reuersi ciues: positis
armis quieuerunt. Hæc dicta fuerant ad uesperas. Eadem illa nocte de prima sta
tim uigilia regii milites quidam: exulesq; romani per uastæ solitudinis loca muros
intrarunt. Refractaq; inde proxima porta: aditum equitibus patefecerunt. Ad ho
rum ingressum clamor sublatus per urbem diffunditur. Itur ad arma: Concurrēt
aduersus hostes. ac pluribus simul locis prælia cōseruntur. Pōrifex ubi ista sensit:
confestim ab ædibus uaticani: quibus inhabitabat: sese in mollem Hadriã recepit.
Patrium uero nemo secutus est: præter unum collumnē sem Nam ceteri metu per
clusi: fuga sibi consulere: q̄ cum pontifice icludi maluerunt. Nec ego unq; noctem
magis turbulentam puto fuisse. Trepidis omnibus & incertis quid agere: quo ue
consistere debērent: suspecto pontifice: nec tota quidem urbe idem sentiente: fu
gaq; ipsa patrum debilitabat animos: quasi præstantes sapientia uiri: ac plurimum
discernentes: quoniam intelligerent resisti nō posse: migrandi consilium assum
psissent. Quandiu nox fuit: hostis superior habebat. Nec iam. procula capitolio pu
gna erat. Sed albescente mox cælo Paulus ursinus cū eq̄tatu subsidio nostris ue
niens: per diuersam ab hoste regionem ingressus: media uadens urbe: transuersis
itineribus ad eam porta deuenit: per quã hostes intrabāt. Ibi dissipatis stationibus
pone aggreditur: ita ut inter multitudinē populi. ac suum equitatum medios ho
stes hēret. A frōte igitur & a tergo uexati: in fugam tādē uertunt. Capti eorum
multitudo ingens. & in iis principes ferme oēs aduersæ factiōis. Ex tēpestare itaq;
admodum turbida: mox serena lux urbi effulsit. ac ex merore lætitiā ingēs: ut ego
ipse spectator horum oīum admirarer tantam mutatōem tā breui tpe contigisse.
reuocari ex fuga patres: cum iã eorum plæriq; multa passuum milia sutriū uersus
abiissent: summa gratulatione oīum rediere. Sunt qui putēt hãc totã rē a ponti
fice de industria compositam: quo mentio oīs unitatis obrueretur. Quod futu
rum erat: si rex obtinuisset. Nos de pontifice nullo modo credimus. De propinqs
uero dubitamus. Pōrifex habere in aīo uidetur senas petere. Inde uero lucam. Sed
res adhuc per paucis nota est. Vale.

Leonardus

Leonardus Nicolao.

Nteq̄ uiterbio profici scerer: dedi ad te orationem Demosthenis pro Te
siphonte. Lator fuit. P. Bardella: qui romæ negociatur: Eam orationē at-
bitrabat te iam legisse. Ac expectabā litteras ingentis lætitiæ. Cum itaque
i hac expectatione essem. ac iam mecū ipse: q̄ tardior fores stomacharer. Ecce qdā
a te mihi litteras attulit. Capio auide atq; aperio. Caput litterarū querelas cōtra me.
Medium at: & finis nescio cuius beneficioli molestias continebat. Spe igitur desti-
tutus: laceraui ilico litteras: a musis alienas. & alias expectare cœpi. Cras ero in uilla
Lupi nostri: quæ est senis propinqua. Si te nihil impedit illuc properato. Sin expe-
ctare mauis: ego propediem florentinæ te conueniam. Et tamen de hoc ipso benefi-
cio ita faciā: ut te uelle intelligo. Vale. senis. v. idus septēbris. M. cccc. vii.

Leonardus Nicolao.

Non puto opus esse multis ut uerbis te cohorter: cum tibi & de amicissimis
uiri negotio: & de re tibi grata leue tibi onus ipono. Tu. n. ipse te cognita
moueri debes sine ulla postulatiōe: aut rogatiōe nra. Bartholameus Cremonēsis mi-
rificæ: ut tibi alias: studiis humanitatis deditus ē. Idq; cum superiori tpe ante præsu-
latum studiosissime fecisset: nō pōt nunc præsul factus eas: quas ante coluit musas
nō affectuose amare. earumq; sacra ferre: ingēti: ut Maro noster ait: p̄cussus amo-
re. Cum igitur hēat præclare scriptum orationum Ciceronis: cupit ut singulorum
capita librorum: splendore litterarum illuminētur. Tu ergo in ea re diligentiam ru-
am adhibebis. Dabisq; operam ut non auro nec murice: sed uetusto more hæ litte-
ræ fiant. Nam inaurare uel hic potuisset: si huiusce rei cupiditas ipsum haberet. ue-
rum hæc spernit. & antiquitati deditus est. Quare facies ut tibi uidebitur. utq; exis-
timabis amatore antiquitatis potissimum gratificari. Volumē ipsum tibi mitto.
Vale. Senis.

Leonardus Bonifacio Colucii Filio: Fratribusque Salutem. P. D.

Vantam parenti uestro homini doctissimo: uiroq; præstantissimo pietate:
tē: mortuo ēt præstare debeā: nec oblitus equidē sum: nec unq̄ uti spero: q̄
diu uita superit: obliuiscar. Quid. n. si me genuisset ille plus aut caritatis: aut beni-
uolentiæ: aut amoris mihi potuit impartiri: Multi genitores a filiis se rogare expe-
ctant. Ille semper mihi ultro & itrogatus occurrit. Multi frena dimittūt filiorū: cū
adolescere coeperunt. Ille in hac ipsa ætate frena mei suscipiens: nunquā e curricu-
lo deflectere passus ē. Sed monendo: castigando: incendēdo ad uirtutē: præstantiā
que ditexit. Quod græcas didici litteras: Colucii ē opus. qd̄ latinas non leuiter inspe-
xerim: Colucii est opus. qd̄ poetas: qd̄ oratores: qd̄ scriptores ceteros legerim: didi-
cerim: cognorim Colucii ē opus. Nemo unquā parēs in unico dirigēdo filio tā se-
dulus fuit: quā ille in me. Cuius ingenium: in quo tamē amore nimio decipiebatur:
ita natum ad hæc studia prædicabat: ut si aliorum diuerterē: manus sese mihi alla-
turū: ac ui retracturū miare. Qui post aliquot ānos: cū me tūc primū uocatu pōti-
ficis rōa petere uolētē lachrymās dimitteret: q̄ si prelagio quodā futuræ mortis: fāi-
liā mihi suā multis uerbis cōmēdauit. sed precipuā d̄ salutato curā: mādaraq; iūxit.

LIBER SECVNDVS

Eum sane inquit: q̄ oculis non satis ualeret: nullæ ferme rei gerendæ satis aptum: permagnâ sibi curâ: sollicitudinēq; afferre. Nam de cæteris: quoniâ sani essent: minus admodû laborare. Huic aut̄ uidēdû esse iam nunc & quæ sustentamenta uitæ sint præparanda. Statuisse uero potissimum ut in clericos trã scriberetur. proinde rogare me: obtestariq; per amorē: quem erga me unum semper unice habuisset: ut adolescentem cum in meam fidem: tutelamq; reciperē. Efficeremq; mea opera: ut cum aliqua dignitate & honestate uitamq; ducere ualeret. Hoc ego tunc in meam fidem cum recepissem. Quid. n. nunc de me ac de desyderio natrem meo: qui non minus erga Colucium: q̄ erga parentem semp̄ affectus fuerim. Sed uelle quidē nō satis est: nisi opereris. Nec uero id satis: nisi prudenti studio annitare. Nec etiam id satis: nisi ad effectum perducas. Qui. n. in fidem suam quid receperit: non uoluntatem bonam duntaxat: ut mihi uidetur: nec qualencunq; operam prestare cōtentus esse debet: Affirmare possim: nec uiuente illo: neq; postea defuncto: studium et diligentiam ista quidem in re mihi defuisse. Apud duos adhuc pontifices fui Innocentium. & Gregorium. Cū utroq; sæpissime de hac re & instantissime x̄gi. Sed ita plena ē expectantium: curia: imo uero non expectantium: sed obuiam euntium: ut quotiens aliquid uacauerit: a mille raperetur. Gratiam uero nostram minuit: qđ nos non pro nobis: sed pro alio petebamus. Clarissimi quidem uiri filio quis negat Attamen absente: & a familiaritate pontificis alieno. Itaq; qui præsentis uel pōtifi ci ipse: uel alicui patrum deseruiebant: semper adhuc prælati sunt petitioni meæ. Et ea quidem causâ quo minus adhuc obtinuerimus: refragata est. Quod postq̄ factis expertus sum: ad consiliu uersus cōstitui personam meam prætexere. Neq; n. alium finem ullum fore uidebam desyderio nostro. Postulabatur ergo nuper uenerabilis uir Antonius senēsis ad episcopatum pisauri. Ob id factum duo illius beneficia uacatura sperabatur: canonicatus florētinae ecclesie: & præpositura fesulana. Hæc ego ita fore aptissima salutato existimabā: ut si nos effugerēt: nunquā aliâ cōsecuturū eā facultatē arbitrarer. Senties ergo qđ me hætenus impedisset: nō iam pro illo: sed pro me ipso petere professus sim. Pontifex uero et si admirabatur mutatā meam. Nā episcopatū mihi ab Innocentio sponte oblatum: sciebat me reſpuisse: tamen cōcessit. Nec deest tamen illi: ut animaduertere potui: suspicio: quam diluemus simulatione & mora interposita. Hæc ego uobis nota facere constitui: ut sciatis hæc me beneficia Salutato nostro impetrasse. Et si dilatio intercedat qđdam oportet: ne pontifex indigne ferat se hoc prætextu circumuētū fuisse. Vestrū quoq; interea fuerit cōmonefacere Salutarum: ut qui beneficia habet parata: det operā: efficiatq; ne ipse ad illa: q̄ clericū scire decet: iparatus reperiatur. Vale. Senis.

Leonardus Nicolao.

h Odie tibi scripseram ante lucem. postea mihi reddita sunt litteræ tuæ cum increpatione negligentie: tum rei meæ: tum alienæ. Omnino reor ex paruitate animi prouenire: ut pusillis de rebus magnā putes sollicitudinē capiendā: & exigui precii res grādis existimes. qđ. n. op̄ fuit lris meis: An nō tu

ipse mihi scripseras te procuratorem faciendum: ut ille quasi persona quædã aliena maiorem facultatẽ heret opitulãdi. Cum igitur tu hæc scriberes: & ille asseueraret: quid aliud ipse facere debui: quã ea sic disponere: ut nobis placuerat: Tibi est cum mihi is sis: qui es: propositũ esse dẽt: ut quod in tuo faceres negotio: id facies in meo. Quare si qua de re ambigis: peritiores consule. atque ita prosequare: ut in rem fore existimabis. Denique tu hæc me ualde curare putas. uel tanti facere: ut ab istis nunc pedeam. Nõ est ita mihi crede. Si res eum quẽ cupimus finem habuerit: mihi gratum est. Longe tamẽ gratius foret: si M. Tullius reuiuisceret. Satis de re mea. Nũc de aliena litteras amici tui diligenter tradendas curauit. & responsa postulari feci. Quid ultra queso a me reqris. An est ut extorqueã ab inuitis. Oia facere debui in re amici tui. Et feci quodẽ: & facio. Nec uideo quod pretermissum a me sit: quod te uel illũ debuerit comouisse. Mianus forte quod florentiã erat uenturus: respondere neglexit. Sæpius quodẽ a me postulatus. Alias litteras camerario: & Paulo: ac cæteris tradidi. Quæ mea culpa est: si respondere nõ curant. Forsan scriptum in ius nihil est: quod responsum mereatur. Instruat me in negotio suo. & actore rei esse uelit: nõ litterarum exactorem. Tunc si defuero: me carpe. At de re penitus ignota: quod ipse rescribere debuit. Quare uide obsecro: ne tu magis carpẽdus sis: quã pro quacũque leuissimã re sic atrociter contra amicos inclames. Vale. Senis.

Leonardus Nicolae.

Itto tibi Ciceronis orõnes in Verrem recte quidẽ scriptas. Sed ut uidebis male emendatas. Qui. n. corrigere uoluit: plane corruptit. Quãobrem tuã diligentia erit: nõ quæ postea mutata sunt: sed quæ prius erant: transcribi iubere. Idque facies sine ulla festinatione. Nam mihi quodẽ cordi est est quos mecum habeo libros: apud te oes deponem: ne ferantur una nobis: cum in hac fluctuosa tempestate: & ambigua peregrinatione: in qua nec portum: nec sedem certam prospicimus. Me quidem ualde poenitet & sic a nobis properasse. Nã potui quattuor dies adiungere ad comẽ uoluntatẽ. Rumores. n. qui afferebantur de pontificis itinere: uani erant. Vale. Leonardus Salutem. D. Zacharia.

Litteras tuas accepi & quod me facere iubebas: quantum in me fuit: diligenter effeci. Impedimenta hæc prohibent. Proditor ille non adest. Procurator ab eo relictus mandatum habere se negat ad transactionẽ faciendã. Cũ prætorẽ multa pro te: & pro causa tua uerba feci: postulãsi si quo iure ordinariorum: uel extraordinario: uel ex bono & æquo fieri posset: ut saltem in indebita pecunia soluenda: eã conditionẽ admitti iuberet: quæ uel in quocunq; debito propter malignitatem temporis esset concedenda. Negat ille suarũ esse partium aliquid tale iubere contra actoris uoluntatẽ: pro quo sententia iam pridẽ lata sit. Scripturũ se tamẽ pollicetur ad prosopopœiam illam: quã nunc ut audio: neapolis habet. Poggius noster oibus assentiri paratus est. Quæ ad comoditatem tuam pertinebunt: res tota in redditum tuum differetur. Interim dabo operam: ut illi scribarur. Sed quãtũ profecerimus apud elatam duri hominis ceruicem: nescio. Tu cura ut ualeas.

Ex Senis. x. cal. Ianuarii.

Leonardus Petro Miano. S. PL. D. 14

Andiu nihil magis oratoriū curia. ro. audiuit: q̄ uocem præstantissimi uiri Zachariæ tui: imo potius nostri. Ego. n. pp̄ maximas eius uirtutes amo-ri erga illū tuo: aut nihil aut nō multū cōcedo. Qui cum a pontifice max. publice audiretur: astantibus reuerendissimis patribus sanctæ ro. ecclesie cardinalibus: & frequentissima cleri populiq; multitudo circūfusa ita locutus est: ut in uerbis ei-robur fortissimi uiri: prudentia doctissimi hoīs elegancia discretissimi oratoris p-facile apperet. Vellē aspexisses quāta cū attētionē auditus est: ut in tanta multitu-dine: ne respiratio quidem alicuius sentiretur. Maiestate orōnis: ubertate sentētia-rum: copia optimorū uerborū mirum in modum aīos demulcentibus. Dixit præ-terea fortis uir Marinus Carauellus & ipse quoq; magno cum spiritu: nec minori maiestate: qui & si nō latino: sed patrio sermone in dicendo uteretur: tamen nec sua caruit laude: & alii ac sinceri aī aut dubie apparuit. Deniq; p hos oratores uni-uersam curiā: uenectorum ciuitas sibi mitissime conciliauit: ut amplissima & potēt-issima: & præterea optima: & pacis amantissima ab oibus habeatur. Cui si palmā huius sanctissimæ: & optatissimæ christianorum: & ecclesie reintegratiōis Deus seruaucrit: nihil in toto orbe terrarum erit penitus gloriosius. Sed de rebus publi-cis alias. Nunc at de priuatis loqui malo. Ego Zachariā n̄rum cōuenio sepiissimæ Et q̄tum ocii ab oratoriis negociis: quæ mirabili uigilātia exequitur: sibi dat: id totū i librorū ac studiorum agitatiōe cōsumimus. Quibus uellem adesses: q̄q̄ tu q̄dem ades semp̄ sermonibus n̄ris. Sed tamen alio quodammodo uellem te præsentem intueri. Non. n. dubito quin iucundissima inter nos saturnalia ageremus. Vix ta-men est: ut non inuideam felicitati tuæ: qui Manuelē Chrysolorā uirum doctissi-mum atq; optimum tādū uenetiis distineas. eiusq; aduētum in curiam retardes. Nos. n. ut alias sapius: ita nunc cum oratoribus uestris: ut ueniret expectantes: nō semel frustrata spes est: & fefellit opinio. Quem rogo: ut nomine meo saluere iu-beas. Et uolumen Augustini de ciuitate dei: quod apud te illius nomine deposue-ram: eidem tradito. Faciasq; me certiore an aliquos libros græcos mihi deferat Hodie decretum est uti pontifex Lucam se contulisse debeat ante finem mensis ianuarii: altera pars in ueneris portum. Vale. Ex Senis.

Leonardus Nicolao.

V me philosophum esse censēs: & nihilominus Aeliogabalum postulas. Vide ne non cohæreant petitiones: & exhortationes tuæ. Nisi forte hanc esse philosophiam meam interpretare. q̄ si ita est: accipies opus sane phi-losophicum: nō ex Zenonis disciplina: sed ex itimo Epicuri sinu de præoptū. Ride-bis: ut opinor: hanc incestissimam: et flagitiosissimam contionem: quāquā multis peperci quorum mihi copiam suscepta cā ultro largiebatur. Et in taberna uinaria abstinens fui. Itaque ualde equidē uereor: ne utrinque me sub accusare nō imerito possint. Seueri q̄ rem non satis grauē susceperim. Urbani q̄ in causa pingui: & copiosa ieiunior fuerim. Ac in me fortassis illud iactabatur. Aut undiq; religionē tolle: aut usq; quaq; conserua. Sed de urbanis quidem non multum laboro: si me cōtinentiorem

continentiorem fuisse arbitrabuntur. Cum seueris autem & tristibus plus mihi: ut opinor. negotii: supererit. Verum ut Lucilius non romanis: quod erant peritiores: & in poematibus iudicandis nimium curiosi: sed tarentinis: & reginis se scripsisse affirmavit. Sic ego tristibus: & seuerioribus negotio me scripsisse. nec ab illis legi uolo.

Est autem aliud quoddam genus hominum. qui in ioco seueri: & in se ueritate iocosi sunt: qui neque Catonis rigiditatem: nec Sippii dissolutionem sectantur. Hoc est quod neque curiosi simulant. & bacchanalia uiuunt. Isti: ut spero: hanc mediocritatem meam & legent non inuiti. & probabunt non simulate. Denique loquantur omnes ut libet. Ego si mihi & tibi uni satisfecero: ceteros omnes cum suis iudiciis floccipendo: eorum opiniones & oblocutiones uix unius assis existimo. Tu uale mi dulcissime Nicolae. ex urbe Senis.

Leonardus ruffo salutem. pl. d.

Accipi litteras tuas per breues: in quibus id modo flagitas: ut quid agatur: quidque spei sit de unionis negotio tibi rescribere ne pigeat. Accipe igitur. Postquam lucam peruenimus: crebri ultro citroque oratores fuere. Sed nihil ad huc perfectum: ne incohatum quidem: quod dignum ulla spe mihi uideatur. In aduersario pontifice nequaquam recta mens: quam simulat ille mirabili astutia: ut facile imprudentes decipere possit. Sed nihil sani: crede mihi: illi inest. Si. n. inesset: quid uerteret rem perfici: Quicumque enim istorum uere uellet: quod & iurauit: & promisit. Alter est si nollet compelleretur. Quam. n. excusationem: aut quod diffugium habent: Nunc uero quia uterque tergiueratur: alter alteri excusationem: & diffugium prebet. In nostro pontifice recta & simplex natura. Sed ut quisque bonus & simplex: ita facile ab improbis decipitur. Quidam. n. honores ab eo sperantes: in sinu eius aduando irreperunt. Illi & formidines inanes illi incuriunt. & recta uolentem nonnumquam inflectunt. Ego: ut animi sunt: turbationem aliquam formido. Nihil est. n. inferius: nihil indignantius. Vale. Senis.

Leonardus Nicolao.

Ogitabam tibi prolixius scribere. & propediem: ut spero: id faciam. Nunc autem breuitatis causam affert festinatio tabellarii: qui me in ipso discessu nunquid uellem rogauit. Est florentiae uir egregius Thomas britannus mihi amicus: & studiorum nostrorum quantum illa natio capit: ardentissimus affectator. Huic ergo cupienti ineptias nostras. i. libros nouorum poetarum emere: rogo ut omni diligentia: curaque assistas. Denique pro natura & moribus tuis admonendum te familiariter putauit: ut siquid contra sententiam opinionem ue tuam curperet: aut sentiret eidem te mittere: ac minime aduersantem praestes. Vetus est. n. ut homo est: item morem geras. Vale.

Leonardus Ruffo sal.

Et binas iam litteras a me petis quid de Ioanne Dominici extimadum sit. Variumque de eo sermonem apud nos esse significas. Quid autem ego ad te scribam de re difficili: atque ardua. Nil. n. difficilius: quam mentem hominis intueri. itaque nil dicam ipse de me. Sed qualis sit opinio uestrorum hominum de illo ostendam praestantissimum esse uirum: & scientia: eloquentiaque eminere nemo ificiatur. Querella tamen est aduersus eum: quod cum ipse in primis auctor: sualorque

unionis fuisset. ac cæteros oēs ardētissime cōmoueret: tamē postq̄ episcopatus illi a pontifice datus est: quasi medicata offa præclusis faucibus: nihil post hoc pro uni one: sed multa aduersus eam uidet̄ suafisse. Atqui nemo qui primo illum audisset: existimauit munus pōtificis ab illo nō reici. Accepit tamē: ut deprehēditur: non in grate. Ac maiora superare illum aiūt: prodita causa quā prius tamen acriter perur gebat. Nos uero ut de mentis illius archano nihil scimus: sic ea quæ agit: moliturq; nō probamus: Affirmamusq; primo illius ardori: & studio hæc posteriora uideri cōtraria. parumq; sibi ipsi illum cōstā. Quod utinam sapientia quadā maiori faci at: ac nō ambitione. Ego quidē hunc hominē: ut scis: amo propter excellentiā uir tutis. atq; eo magis doleo ipsum in hanc aduersam opinionē hominū iucidisse. Ne mo ē omniū: q̄ peccare ignorātia illū putet. Sed cupiditate ai trāsuersū agi Vale.

Leonardus Roberto Ruffo. SAL. 19

In medio turbatiōum ac molestiarum: q̄bus p̄ hoc tp̄s ōnia redundāt: lætissimus heri nobis: ac iucundissimus affulsit dies: q̄ mētes nostras de pulsas tristitiæ nubibus: mirifice serenaret. Memoriāq; oēm presentium uel ipendentium calamitatē penitus auferret. tres. n. familiarissimi in unum cōue niētes. & nō bellicum: sed bacchicum concinentes: satis magnā sodalium & ami corum māum cōtraximus. omnibusq; ad lætitiā dispositis: in uillam Alamani ar chiepiscopi pisani: ipso Alamāo duce: ueluti ex diuturnis uinculis emissi: nullum gaudendi: immo ut uerius dicam: repuerescēdi genus onimissimus. Villa est mediā ferme inter lucā: & pisas. A dextra ripa auferici fluiui amœnissimo i loco sita. & ma xime ad rusticanas uoluptates excogitata. Surgēs enim leuiter i collem: subiectāq; planiciē respiciēs: montes a tergo habet cōiunctos ad aucupationes: uenationesq; aptissimos. Itaq; siue rapaci aue: siue mordaci cane: siue plagis: siue uēabulo: siue cursu. Dēiq; siue feris: siue auibus: siue piscibus delecteris: uicini sunt mōres: cōiun cti colles: subiecta plāicies: præterfluēs amnis affati omne genus prædæ tibi largiē sumministrāt. Verum nobis illuc profectis: nec uēari apros placuit: nec figere cer uos. Nec rursus lepores cāibus agitare fugaces. Nec fera blacteosi ungues armata sonoris Cepit auis prædā. Sed traxit nos. & uendicauit sibi incredibilis amœnitas auferici amnis: q̄ tectus fronde populea cristalino aluco: uiridibus ripis mira placi ditate fluebat. Quibus: allec̄ti depositis togis: & calceis acerrime piscati sumus. In quo ita lusimus ut pueri: ita clamauimus ut ebrii. ita concertauimus ut dementes infanīq; uideremur. Aderat omnibus ipse Alamanus. Qui q̄q; religione impedi batur una ludere: tamen ita spectatorem se præbebat: ut ea quæ gerebātur: mira foe stiuitate: risuq; comprobaret. Egressis tandem a fluuiio: cœna dubia apponitur ex piscibus rostratisq; auibus. Expectasti fortasse ut dicerem nauibus. Sed non est ita nō est. Sed aderāt aues multæ: uina plurima. Ommitto cætera quæ cōcta opipar̄ ap parata fuerunt. Post cœnā uero auide: uoraciterq; ut laborātibus i aq̄ eueire cōsue uir: assumptā: deābulatio fuit eq̄stris iter flauētes segetes: & amena uireta: ramoq; foecunditate fructuum incuruos. Qui longe Itaq; uagati: cantantes alii: alii iocan tes post multas: uariasq; urbanitates ad ipsum amnem: quem antea uado traiccera mus: reuersi

mus: reuerſi. & in harena depoſiti: luſtantes inter ſe agricolas nudos & lacertoſos: qui placendi gratia cōuenerant: quaſi i gladiatorio certamine uſque ad primā noctis horam lætiſſime ſpectauimus: cum illi ſæpe uiolentia maioris robotis proſtrati. & grauiffimo caſu ad terrā eliti: cœnoque inuoluti: uberē ridēdi materiam nobis præberent. Sed ego genera ipſa uoluptatum non ſingula ac minuta. Nam id quod dem longius eſſet. enarro. Scis. n. tu qui multa eſſe ſoleant inter familiares lætos: & unanimiter ad ſœſtiuitatem paratos. Denique hic dies proculdubio faſtis aſcribendus eſt. & meliore lapillo numerandus. præſertim cum eo turbatōis deuenirent res noſtræ. De curialibus loquor: ut ſummo ſtudio conquirendum ſit aliqd: quod nos quocunq; rōne ab illarum amariffima cogitatōe diuertat. Vale. Luca. iiii. idus Iunii.

Leonardus Salutem Plu. Dicit Petrillo Neapolitano.

N quod iam dudum ſæpe inter nos collocuti diuinabamur fore: ut nubila hæc tempeſtas in dies magis magiſque ingraueſcens: procellā denique ſubitā horrendāque daret: tandē aliquādo effectum eſt. Patres. n. longa indignatōne: itaque permoti: relicto pontifice abierūt. Quo quod dem die nil aut procelloſius: aut turbulentius fuiſſe unquam imaginari poſſum. Tuam igitur ſapientiam ualde equidē laudo: quod iſta prouidens: te antea neapolim in tutum recepisti. Me autē culpo quod: cum non minus fortalle quam tu iſta prouidiſſem: ſubire tamē malui: quam uitare. Accipe uero a nobis quæ admōm res geſta ſit. Nam & a uere te arbitror ueritatem agnoſcere. Et falſa per eos multa: quæ ignorant: circūferunt. Repetam igitur ſupiora quædā: ex eo uidelicet tpe: quo tua nobis diſceſſiſti: quo facilius rei geſte cauſas: progreſſuſque intelligas. Fuerat pontifex noſter: poſtquam roma abiit: menſes aliquot Senis cōmoratus. Tempus interea uenit: quo ſauonæ cōſtituerat adeſſe. Id cum ſumma oium bonorum querela tempus diffluere paſſus eſt. Promiſſumque neglexit: cōtempſitque. Aduerſarius autē pontifex ſauonā: uti promiſerat: uenit. & quod dem ad præſcriptam diem. Noſtrique abſentiā illudens: ſingulis horis accuſabat. Orem acerbā. & non preſentium mō italorum: ſed poſterum quoque dedecus ingens. Quid. n. turpius nobis accidere potuit. Quid foedius. Quid ignominioſius. Locum pro unione chriſtianorum a nobis paulo ante ſponte: conſultoque receptum: mox erectis conſectorum animis: adire poſtea noluiſſe. Hæc tu ſcribere audeſ: dicit quod ſpiā: cum ſis in pontificis familiaribus: protinus ita. Quid. n. nūc aduler: & alia ſentire me fingā. Vnus quippe chriſtianorum ſum: & unus italorum. Alteros fraudari unitate & pace. Alteros ut infidos & foedifragos in crimē uocari diſrumpor. Non tu igitur pōtificem amas. Immo plus certe quam iſti: qui mētiendo & adulādo diuerſa illi ſuaſerunt. Ego. n. uerā pōtificis gloriā concupiui. Ea profecto fuit in unitate & pace chriſtiano populo ut promiſerat exhibenda. Quo quid glorioſius: quod immortalius eſſe potuit. Iſti uero ut quomodocunq; ſederet: eſt cum querella hoium ſuaſerunt: quod qui glorioſius putāt: dementes ipſi ſunt: præſertim cum obſcurum non eſſet hæc quæ nunc euentunt: fuiſſe uentura. Sed redeo illuc unde digreſſus ſum. Cum pontifex ſauonam non iuiſſet. & aduerſarius ad præſcriptum diem eo profectus: noſtrā abſentiam ac cuſare nunciaretur: indignabundus conſectis: & aperte frementibus: ſecunda quædā

nauigatio: ut dici solet: recipitur: ut alter pōtifex in Veneris portum: noster uero
 lucam ueniret. Senis igitur per mensem. Ianuarium maximis niuibus profecti: lucā
 deuenimus: Ibi utpote ex propinquo crebris ultro citroque oratoribus missis acce
 ptisq; nihil res se hīc melius appebat. Nec sane mens in alio pōtifice sana erat. Sed
 occulebat ille quidem bona fōte malū propositum. Et certe in causa superior habe
 batur. Nā & fauonam ierat ad præscriptum diem nostro turpiter deficiente & post
 ea quasi uera cupido inesset: attrurie littus aduenerat: obuiā strenue profectus tar
 ditati nostra. Cumq; in nostram: ut ita dicā: terrā peruenisset: illud haud impudē
 ter dicere uidebatur: se in littore esse uelle: ne a classe tutelaq; sua discederet longi
 us. Locum autē recusare nullum: mō littoreus esset. Hæc illius summa erat. At no
 ster quasi cōtra nitens: ad litus descendere recusabat. Mediterranea probabat lo
 ca. Nec tamen oīa: Sed ea tantum quæ se pōtificem extimarēt. Ita alter quasi aqua
 ticum animal in siccum exire. Alter quasi terrestre: undas aspicere perhorrebat. Ex
 acerbat uero dolorem: q; uulgo extimabat. neq; illi si in siccū descenderet: neq;
 huic si littus adiret: q; piculi subesse. Nec ipsi quoq; id nō intelligere putabātur.
 Sed metum de industria fingere: quo desideria hoīum frustrarent. Erāt igit quæ
 relle ingentes: & apra iam protinus oblocutio. Indignabanturq; oēs ea arate hoīes
 supra septuagenarium uterq; est: quo paucos sederent ānos: & dei metū: & hoīum
 censurā posthabere. Hæc erat hoīum indignatio: & querella. De me āt si q̄ris: ego
 deceptum pōtificem n̄m ab iis de q̄bus supradixi. metumq; inanē p̄ malos suato
 res iniectum illi existimabā. Cōspexerā. n. ab initio illius rectissimā uoluntatē. Mu
 ratum uero ex seipso bonum q̄dem uirum psuadere mihi non poterā. Nā si mali
 lignum putassem: nō tu puenisses abeundo. Cum esset hic status rerum: ecce noua
 turbatio suporit. Cōstituit. n. pōtifex noster cardinales nouos in ecclesiā romanā
 assumere. Huius uero causæ erāt duæ. Vna quia fautoribus q̄busdā suis grām re
 ferre cupiebat: præsertim id magnope flagitātib; . Altera q; admiscendo uetustis
 patrib; nouos assumptos tempaturū se illorum uehementiā existimabat. Nō
 .n. dubium erat p̄res aduersus hanc pōtificis uoluntatem esse reclamaturōs. Et est
 mos nihil tale absq; illorum cōsensu a pōtifice decerni. Fortiter igit conādum ra
 tus: patres in cōsiliū uocat. Conuenere trepidi ēt inde aliud alii suspicātes. Parat
 secreto locus. Subsellia ponunt. Prodit e cubiculo pōtifex. & in trono resedit. Pa
 tres inde suis locis cōsidere iubent. Vbi cōsensum est: pōtifex cōtra cōsuetudinē:
 duos circa se familiares retinuit: Ceterā multitudinem oēm exclusit. Id siue ut in
 teruentu n̄o: si qd opus foret: uteret. siue aliā ob causam fecerit: incertum habeo.
 Mora quædā prius: & silentium fuit. Inde cardinales aspiciens: nō satis læto uultu:
 præcipio inq;: ut nemo uestrum assurgat. Hæc prima illius uox: cum mentes subi
 ta admiratione pcussisset: alio alium aspiciente: indignāteq; Henricus tusculanus:
 qd est inq; hoc pater: & qd sibi uult istuc præceptū. Quādoq; dem inq; pōtifex uo
 bis cum nequeo recte agere: prouidere ecclesiæ uolo. Ad hoc Henricus inflāmato
 uultu. Immo destruce ecclesiam uis. Hic cum indignarentur omnes: sederent ta
 men: primus omnium Rainaldus sancti Viti in macello diaconus. uir: ut tunc uis
 sum est

sum est mihi: omnium qui aderant cordatissimus: repente assurgens. Moriamur potius inquit. Est ille ut tu scis procero corpore. Itaque plerique post hunc surrexerunt. Sed in noua & subita re prospicere licebat quid in uno quoque animi: uigorisque inesset. Rubebant alii. alii pallescebant. Ira & iurgio alii: alii prece: supplicioque nitabantur. Columnensem ego uidi ad pedes pontificis prouolutum: rogantemque ne ita facere uellet. Contra uero leodinensem minabundum: & contumaciter incensum. Burdegalensis uero quasi medius quidam: modo iras leniebat: modo pontificem precabatur. Ita re infecta consilium tandem dimittitur: precepto tamen prius a pontifice edito. ne quod quod patrum urbe luca exiret: ne ueniens suo conuenirent. Id rursus preceptum non minus asperitatis: suspitionisque uisum est. Itaque maiores confestim securi motus: omnia peruerunt. Leodinensis siquidem post preceptum illud pontificis mutata ueste: luca egressus aufugit. Id cum auditum esset: immittuntur equites: qui illum uirum reducere conentur. Ii ergo uestigia parum caute secuti: pisanum in agrum discurreverunt. qui est in florentinorum ditione. Nec tamen cardinalem ipsum apprehendere potuerunt. Nam parum ante ueniens: in oppidum librafactam se iam receperat: Rixa tamen non procul ab oppido coorta est. Et quidam ab equitibus uulnerati. Ea cum luca uulgarentur: lucensis princeps ueritus ne florentinorum iras: quasi uiolato eorum territorio: contra se prouocasset: equites qui ea patrauerant: cum lucam redirent: ad ipsam urbis portam capi iussit. Erat pontifex quoque sollicitus de equitum suorum errato. grauiusque ferebat florentinorum fines ab illis uiolatos. Itaque prope Marcellum strozum uirum clarissimum: qui tunc in curia morabatur. & me quoque una cum illo ad se uocauit. Dicit quae gesta sint: nullo suo iussu: sed equitum temeritate fuisse commissa. Nos ergo florentiam oratores ire iubet. ac rem apud ciuitatem purgare. Cum essemus conspectu: mandataque acciperemus: repente ingressus quidam: nunciat cardinales omnes uno agmine simul abire. Eo nuncio pontifex auersus: ilico dimittere nos. ac aliis traducere animum coactus est. Neque enim falsa erant quae de abitu cardinalium nunciabantur. Nam illi quidem ex captiuitate equitum recepto animo. prius enim principem ipsum: equitesque formidabant. abeundi palam consilium susceperunt. Audiuit eorum coeptum florentinus quidam ciuis paucis ante diebus lucam missus: qui tunc praesens ex hoc ipso occasionem nactus: pro inuaso territorio: ab equitibus uociferabatur. Ob huius maxime clamorem: & simul ob equitum iniuriam: conterritus lucensis princeps: abire cardinales passus est. Luca igitur egressi: eodem die pisas migrauerunt. Spectaculum mehercule durum fuit: atque acerbum: patres cernere abeuntes. sed acerbior paulopost mihi apparuit curialium secessio. Diu dabatur enim multitudo tota: & quasi ab uno corpore membra diuellebantur. Aliis cardinales sectantibus: aliis cum pontifice remanentibus. plurimis uero incertis: & uacillantibus. querellarum & detestationum plena erant omnia. Pontifex haud multo post nouos cardinales creauit quattuor. Vellem melioribus auspiciis creatos. Nam: nisi fallor: multa de terribilia impendunt. Ego pontificem non desero. Tenet enim me familiaritatis ius & officium: quod apud illum gessi: a quo salua existimatione mea recedere posse non uideo. Afirmo tamen per multa quae hic

fiunt: mihi nequaquam probari. Vale. Leonardus Ruffo Salutem.

Vdiuisti quæ hic turbationes coorte sunt. Patres. n. ut iam pridem suspicabar: pontificem reliquerunt. Magna profecto res. & nisi fallor: initium maximarum nouitatum: de quibus refert plurimum quod leniat ciuitas uestra. Tu si quod habes: facies me certiozem. Ego pontificem non deseram. Non quod mihi hæc probetur causa: sed quia in familiaritate eius cum fuerim: non uideor absque reprehensioe de serere illum posse. Ita tamen persistabo: ut mei iuris sim. Nec quenquam offendam. Pontifex post discessum patrum cardinales assumpsit quattuor. In quibus est Ioannes Dominici: quem Ragusinum dicunt. Vellem melioribus auspiciis creatus esset. Nam multa: ni fallor: impendunt per quæ non esse: quam esse. Vale.

Leonardi Arretini Epistolarum Familiarium Liber. II. Finis.

Eiusdem Tertius Incipit.

LEONARDVS PETRO AEMYLIANO SAL.

Vo in statu res nostræ sint: quibusque agitemur: uel potius iactemur fluctibus: te audiuisse: & audire quotidie scio. Et nunc plenius de Zacharia tuo clarissimo uiro cognosces: quam difficile uideretur re sic referri a quoque posse: ut non multo a ueritate ipsa: ac magnitudine turbationis superetur. Ego autem mirum in modum discrucior: quod non absum: quod non in aliquo urbano: uel subuibano: uel denique in aliqua sylua inter spilæa feratū abatus hoc tempore lateo libris studiisque intentus. Quis uis. n. locus mihi iucundus esset: modo hanc extimale ruina: & cineres ipsos crematæ ecclesiæ: quos hic degens uidere cogor: aspice re non possem. Itaque & te felicem arbitror: quod uel dei beneficio: uel singulari prouidentia tua iam pridem ab huiusmodi incendio ereptus sis: & me parum fortunatum: qui nunc in ista nauicula fluctuanti: ac pene summersa una cum cæteris naufragum facio. Super qua re te rogo: atque obsecro. ut siquid habes: quo animum agrum consolari possis: mihi rescribas. Et hunc dolorem uel eruere: uel lenire tua sapientia: & facundia cõtere. Hoc ego a te expecto. Marium Caruellum: & Zachariam nostrum uiros prestantissimos mirifice diligo. Sed ut minus frequens: quam coniunctio familiaritatis nostra postulabat cum illis uersarier: temporis conditio: & rerum turbulencia coegerunt. Vale. Leonardus Nicolao Salutem.

Aurètio: quem mihi per tuas litteras commendaui: scribo ut negocia eius proficere. Omnino illi cupio satisfacere. Sed genus petitionis parumper exorbitat. De negotio autem fesulano: animaduerti quanto studio annitaris. Itaque & ego in ea re tibi morem geram. libros quos mihi misisti: accepi. e quibus uolumen illud Aristotelis pregratum est. Aliud nec multum cupiebam priusquam uiderem. & postquam uidi: confestim satiatus sum. Nec puto mihi a græculo barbato satisfactum Dii illum perdat. Tu uale. Leonardus. Sal. Dicit Nicolao.

Lures his diebus a te mihi redditæ fuerunt epistolæ omnes ferme commendatitæ. Quibus si tardior in respondendo fui: ignosce precor non occupatõibus rerum agendarum: quæ nullæ sunt in hoc tempore: sed perturbationi: & ægritudini: quibus assidue discrucior

LIBER TERTIVS

discrutior mirum in modū. Eum quippe in locum res deductas cerno: ut necessariū sit mœriore cōfici: & quasi cōsternati: amissa iam spe: ac in pœnis labentibus in die rebus. Sed his ōmissis: quæ accusari facilius: q̄ emēdari possunt: breuiter respōdebo. Quātum ad fesulanū negociū attinet: uacabit q̄ dē ecclesia. Sed tamē illi ipsi: q̄ prius tenebat: dabit in cōmendā. Sic. n. in cūctis: quorū memoriā tēo factitatū: recordor. Itaq̄ nō ut hāc curā ipræsentiārū suscipiendā esse. & q̄ aliter existimāt: cōsuetudinē: mihi crede: ignorāt. Ego tamē paratus sum quocunq̄ i casu huic studium: & diligētiā adhibere: quoniā & iustus uacatōis est modus: & nō oīo iniustū desyderiū. Nā alterum illum: q̄ p ruinā alterio ad generalē bestialitatē ascēdere cupit: utinā mihi adesset prās: nō de mōte carmello: sed de caucaſo præcipitē deiiciūdi. Neminē cognoui adhuc uirum bonum: q̄ hmōi pōpas & insanias p hāc uia sibi ultro oblatas nō repudiaret: nedum abiēdo: & flagitādo pquireret. Ad sextum idus octobris cōstitui ad: aq̄s puteolanas lauādi cā proficisci. Eroq̄ fortassis ibi octobrebē totum. Deinde cōstituā qd mihi in futura hyeme sit agēdum. Si q̄ rōe me explicare ex hac procellosa tēpestate possem: libētē ad uos tanq̄ in itāgillum aliquē portum me reciperē. Nā hic manētē multa undiq̄ cōturbāt. Primū illis nō obsequor: ut ipsi efflagitāt. Sæpeq̄ aduersus eorum uoluntatē cōtumaciter repugno. Nec qd q̄ exequi uolo: nisi qd mea æquitas pariat. Alii uero prestātes uiri: qui nup secesserunt: meā hāc morā grauiter & iniq̄ ferunt: presertim cū collega meus hic nup abierit: & certe iſalutato hospite. Itaq̄ utrisq̄ displiceo. illis q̄ nō obsequor: illis q̄ non sequor. In hmōi molestis cōstitutus: quo me uertā nescio. Oēm huius deliberationem in reditum meum a balneis referuo. Deus bene uertat cōsilia nostra. Senis xv. cal. octobris.

Leonardus Nicolae.

Eni aretium. cal. ipsis decēbris. Samq̄ hic morā factorus: donec a Poggio aliquid re scribatur: qui iſtructus atq̄ doctus de oī cura & cognitōne mea ad uos profectus est. Circumspicite diligenter oīa quæſo: ut maturius quid agendum mihi sit: statuere possitis. Vale.

Leonardus Salutem Dicit Nicolae.

Vod ad me ita scribis: q̄ si ab hoīem durum: ac nimium pertinacem: q̄ nec ab amicis moueri possit: nec p̄suaderi sibi pmittat: uehementē mi dulcissime Nicola admirationē suscipio. Nā quis me facilior: & ab oī obstinatōe duritiæ: q̄ remotior: Quis amicorum sententiis morigeratior: & obsequēior unq̄ fuit: Atqui ego nup senis Poggio nō cōmissi: ut cōsilio tuo: & cæterorum. amicorum quid in illo negotio p me agendum foret: statueret. A quo tamen nec aretii p multos dies expectans: nec arimini tam diu cōmoratus: ullā neque litterā: neque nuncium: cum quotidie anxius expectarē: & ex illo totus pēderem: accepi. Nō poterā in hāc suspicionem adduci: ut Poggius in re mea: presertim tam serua ac tanti pōderis torperet ac p negligentia labi tpa sic piculosa pateret. Vos potius arbitrabar deliberabundos & ambiguos pp difficultatē cōsiliū: & incertitudinem rerum futurarum expectare: ut aliqua inde firma spes uobis ostenderetur. Tu ergo uide: & mature cum ceteris amicis nostris delibera. cal. februarū. Arimini.

EPISTOLARVM

Leonardus Ricio Salutem.

Ocauit me hodie. C. Senēsis. ac uehementē querimoniā mihi aduersus germanum tuum exposuit: q̄ Burdegalensi londonis obuiā exisset: q̄ ipsum postea oī reuerētia & obsequio honorasset: qd̄ i praesentia regis: & alibi cum multa cōtra pōtificē dicerent: ipse praesēs & audiēs nunq̄ restiterit: qd̄ lras: q̄ p pōtificē eidē trāsmittā fuerāt: nunq̄ ostēderit: sed tacēdo illius calumniis q̄ si cōsentientem se praestiterit. Addit ēt esse factū: ut Ioāni Cintio eq̄ti britāno: metensi episcopo: q̄ pontificis fauebāt p̄tibus: fides derogatē: detectis eorum cōsiliis apud regē. Hāc oīa se accepisse ex lris ueneri cuiusdā: q̄ lōdoniis negociat: affirmat: a quo cōmendatiōes germani tui sapius iā suscepit. Itaq; nō dubitare se quin & hāc q̄ supius dca sunt: & alia insup multa: de q̄bus ille nō scribit: cōtra honorē pontificis fuerint ab eo pacta. Hāc Senensis ad me tanq̄ ad hoīem tibi arctiori uinculo cōiunctū cum idignatiōe q̄dā exprobrauit. Ego q̄ pro tpe dicēda uidebant: respondi. Feci q̄ meo solito more: ut ad mitigationē irarū conatus omnes adhiberem. Sed tu uide qd̄ agendum putes. Mihi qdē ad mores istorum & cōditionē locorum: in q̄bus anchonitana ecclesia est: mentē uertenti maior formido incumbit. Intelligis qd̄ dicā: Quare mature & prudenter consilium sume. Arimini. cal. february.

Leonardus Nicolao.

Inas proximis diebus abs te lras accepi. Sic tamē ut q̄s tu prius dederas: mihi posterius redderent. In primis q̄ mihi hodie redditae sunt: intellexi amici tui q̄ ut deo serui sine iopia possit: episcopatū d̄siderat opulētū. eximiā cupiditatē: & imaturā proculdubio festinationem. Atq; ut huic p̄ti ante oīa respōdeā. Nec amicū tuū uirum utiq; bonū. Sed minime: ut mihi quidē uideat: alitū: spe uana deludi permittat. Primo scias de priuatiōe: de q̄ scribis: nullā omnino in hac nostra curia fuisse: aut eē: mētionē falsūq; rumorē ea de re uestras ad aures puenisse. Illud praeterea haud q̄q̄ tacuerim: quod suā & tuā prudentiā fugere non debet: in huiusmōi promotiōibus episcoporū necessariū esse: ut aliq̄ diligens: & operosa praeparatio atecesserit: per quā animi corū: qui daī possint: ita depositi sunt: ut daī uelit. Huius ergo praeparatiōis & opportunaē & necessariaē: & sine q̄ qui sperat: stolidus ac uane sperat. in hoc amico tuo ego nihil uideo. Et si p me uerbis duntaxat fieri posse credatis in hoc tempore: & i hac tāta florentinorū ciuium multitudine: quibus aut pro aduersa inelamatiōe modicata: ut ita dixerim: offa pracludendae sunt fauces: aut pro fauore: ac nauata opera gratiaē referende uehementer erratis.

Aude aliquid breuibus gyaris: & carcere dignum:

Si uis esse aliqd̄ probitas laudatur: & alget.

Hec ego scripsi liberius: ut intelligere possitis aliter p̄ uos super hac re istie uigilandum: & prouidendum esse. Nā quātum ad me attinet: paratissimus sum. Sed hoc nō satis habet uirium in hoc tempore: tātaq; ambitiosorum hominum cupiditate. Quā faciat ipse: qui perit: ut aliquo memorabili obsequio: aliq̄ ne insigni re gesta nomen eius apud pōtificem cōmendetur. Medio posuit deus omnia campo. Nec sedentibus coronae: sed pugnatibus tradunt. Quod autem in eadem epistola scribis tibi meum adhuc consilium uehementer placere: est id mihi quidem: ut ita existimes:

stimes: per gratū. Sed Nicola noster contra sentit: Poggius uero ad utrunq; mus-
sat. Itaq; illud Horatii dicere non immerito possum.

Tres mihi conuiuae prope discordare uidentur:

Poscentes uario multum diuersa palato:

Nunc uenio ad alias litteras tuas. Expecto epistolas: quas mihi uberiores: prolixo-
resq; polliceis. quibus uellē: ut de Salurato respōderes: quādo Poggius n̄: ut du-
dum Apollinis delphicio oraculum obmutuit. Vale. arimini idibus februarii.

Leonardus zucharos. S.P.D.

Elle interdū mihi scriberes: & quae istic agant: quae uesperentur: notū fa-
cere tua solita diligentia curares. Ego arimini sum: uerum tamē ita sum. ut
meus sim & meo arbitrio: nō alieno uiuā. Nihil. n. facio. nihil scribo: nisi
quātū mihi placet. Placet at̄ tātum. q̄tum tu nosti. Nulla adhuc s̄ra mea: ne unus q̄
dem apex cōspici pōt: de quo q̄sq; in hac miserabili diuisione possit q̄rimoniā ad-
uersus me iustā hēre. Adeoq; nota ē oibus hāc integritas mea: nihil ut oīo mihi qd̄
ad hāc diuisionē spectet: demandet. Processus & huiusmodi pestilētias nec legere
re: nec scribere: nec ibi legere: scriberetur ue adesse unquā uolui. Quae res multū
ad utilitatē & gratiā mihi obest. sed obsit quantum uult semel decreui ita fore icu-
ria ut neminē laedā. Si hanc integritatem seruare mihi liceat: morabor. Si non licu-
erit: confestim adibo Vale. Leonardus Nicolao. Salutem

Egisti mecum pro certa tua diligentia: & uerustarum rerum eximia cura:
ut siquid antiquitatis arimini reppirē: tibi notum facere p̄ meas s̄ras cura-
rē. Quod postquā intellexi: tāetli antea spōte mea satis accurate uisendi
studio cōcta lustrauerā: tamē cognito desiderio tuo: circumiui tursus urbē oīaque
p̄scrutatus sum. & q̄ diligētissime potui. singula quaeq; p̄spexi: ut tuae q̄ accumula-
tissime satisfacerem uoluntati: Est at̄ ariminum: ut te ignorare mime arbitror: po-
puli. ro. colonia: antiquissima quidē ac celeberrima. sed euenit in hac: qd̄ in cæteris
ātiq̄uis urbibus euenire solet: ut reliquiae ac monumenta quaedā uetustissimorum
operum cōspiciāt. Verum ita ruinis q̄ssa: ac uetustate ipsa cōsumpta: ut nec cuius
figura: nec ad quē usum fabricatae fuerit: quāuis diligētissimus prospector queat
agnoscere. duo tamē notabilia & praestātia antiquorum opum monumēta: que ad
huc pene integra sup̄sunt digna ānotatiōe: & uisu speciosa: tibi q̄ minus inepte po-
tero: describere conabor. Porta ē sublimis ac magnifica lapide q̄drato: & diligenti
artificio p̄polita. Cuius antiquitatem ex litteris superne incisis cōiectare licet. Quā
quam enim ex parte quadam disiecta: tamen & consulis mentionem. habent. et di-
phthongi quaedam secundum antiquam scribendi normā: ut pro uis uicis: et pro
celeberrimis celeberrimeis more græcorum: qui nōnunquam huiusmodi diphthō-
go utuntur scriptae legantur. Eius uero portae latera turre duae utrinque munic-
bant: Quas tamen: quia non item ex lapide: sed ex lateritio fuerunt: iam antiqui-
tas pene totas assumpsit. Habes unum monumentum. Nunc aliud accipe non mi-
nus insigne. Pons est ex marmore ornatissimus ac pulcherrimus: quem ut litterae
ab utraque sponda docent incisae: Diui Augustus: et Thiberius dedere. Fieri pos-
test ut alter inceperint: alter absoluerint. Vel ut ab altero destinatus: ab al-

EPISTOLARVM

tero sit perfectus. Quomocunque sit: pontis structura est pmagnifica. Marmora
 undiq; decorantur. Quattuor in alueo pedes habet: Arcubus quinque ripas cõiun-
 git. latitudo est satis ampla: ut binæ quadrigæ aduersum citatæ se ad inuicem non
 impediunt. Et uia insuper ab utraq; parte per gradus paulo altiores secundum pa-
 rietes: qua pedibus iri possit. relinquatur. Parietes uero ipsi ex marmore sunt per
 hunc modum facti: Singuli lapides deinceps positi per latitudinem recti: & a sum-
 mo teretes: suo tantum pondere: molleq; subnixi. Viam utrinq; muniunt. & pōtis
 oras claudunt extremas. Quod autem pro magnificentia eius operis maxime no-
 to: lōgius trans ripam ab utraq; parte structura pontis eodē ornatu: facieq; proten-
 ditur: ne mutatione aluci fallere: aut circūuenire amnis possit. Via autē a ponte stra-
 ta fuit lapidibus illis: quibus circa urbē romam multa itinera strata fuisse cernunt.
 Extantq; adhuc reliquæ quædam. lapidesq; ex eo genere passim iacentes plurib;
 in locis cōspiciuntur euulsi. Ex iis uero duob; monumētis satis aperte iudicari pōt
 hanc urbem prisca illis tēporibus maioris ambitus: q̄ hodie sit non fuisse. Sed aliz
 quanto etiā minoris. Nā ea ex parte: quæ pisaurū ac fanum fortunæ spectat: an-
 tiqua est porta: de qua supradixi: & ex opposita regione oppidi qua rauennam uer-
 sus itur: pons est Augusti & Thiberii: super flumen: quod urbem abluit. Aliis rur-
 sus ex partibus tā uersus mare: q̄ uersus continentem: moenia cernuntur uetusta: a
 quibus productum eē pomerium constat. & spatium antiquæ urbis additamento
 non paruo amplificatum. Quod si quis forte non parat hāc: quā dico paruitatē il-
 li tam crebre apud historicos mentioni ac celebritati huius loci conuenire: maiorē
 que & ampliorē fuisse cōtendat: Is cogitare debet ob opportunitatē potius huius
 urbis: quæ extremis Italiæ oris sita: gallisq; finitima accomodata erat: quā ob ma-
 gnitudinē eius: tam frequentē mentionē haberi. Illud insuper cōsiderandum est:
 q̄ plerosq; nō satis eruditos interdum fallat: aliud urbem significare: aliud ciuita-
 tē. Urbs. n. est solum ædificia: & moenia ab orbe: quo locus cingitur: appellata. Ci-
 uitas autem est congregatio hoīum iure sociatorū: & eisdem legibus uiuentū. Vn-
 de bonus uir: ut aiunt stoici: ex urbe q̄dem belli potest: ex ciuitate uero non potest:
 ut licet urbs ipsa parua fuerit. ciuitas nihilominus maxima & amplissima fuisse po-
 tuerit. Neq; n. multum refert: ut opinor: intra urbem ciues habitent: uel extra: mo-
 do iisdem legibus: unoque statutis consilio uiuant. eosdem magistratus uereant
 muneraque & honores simul capiant. Perusium et aretium paruas fuisse urbes ex
 utriusque antiquis moenibus aperte discernitur. Exdē tamen ciuitates magnæ: et
 ætruriæ capita fuere. An credis multitudinem ciuium: quæ nunc est: cum illa q̄ tunc
 erat: aliquo modo cōparandā: Dici procul dubio non pōt. Qd̄ ergo erat et intra et
 extra urbē: ciuitas uocabatur: In ipsa uero urbe: qd̄ erat præcipuum ciuitatis oppi-
 dum: fora erāt et iudicia et magistratus: q̄ cū res postulabat: in cōcilium ciues uoca-
 bat. Hoc ēt nomē ipsum ciuitatis attestari uī. Ciere nanque uocare ē: Inde cetus: in-
 de ciues: inde ciuitas. Inde etiā illa composita concio: concilium: conciliabulum: et
 alia huiusmodi congregationis uocabula ex eo dicta: q̄ multitudo uarie dispersa:
 in unum cōuocabat. Qui uero aiunt ciuitatē dici q̄si ciuiū unitatē: ii cū eorū pace
 dictum

inter se inter
 m et similitem

didum sit: omnino delirant in scitia litterarum. Veli namq; ab ipsis audire num et paruitas dicatur quasi paruorum unitas: & similiter diuersitas: & uarietas diuersorum & uariorum unitas. Probat in sup illa rō: q; apud ueteres distinctio fit inter ciues & peregrinos: nō ut hodie facimus: iēpissime qdē: sed tamē facimus. Imperitia n. nō solum rerum: sed et uerborum oīa i hac tēporum nōrū fece cōfudit inter ciues & comitatinos. Peregrinus rex Numa Pōpilius romæ fuisse dī: q; erat ex sabinis: licet finitima ciuitate: tamē aliena. & Ciceronē nonnunquā maleuoli pp imodica iudiciorum potentia: peregrinū regem uocitabāt: qd erat arpinas origine. Hac dixisse uelim: ut quā diuersa sit urbis: ac ciuitatis significatio: nō ignoremus. Nec admirationi sit nobis: si celeberrimarū ac potētissimarum olim ciuitatum paruas interdum urbes: & quæ tantæ celebritati: famæ nō uideant respondere cōspicim. Possem ad hoc multa ex antiquis adducere: qbus ea q; supradixi de ciuitate & urbe manifestissime cōprobant: nisi uererer: nec i re manifesta redium ac fastidium prolixitas pareret. Sed regrediendum ē unde digressus fui. Tanq. n. si tecum præsens loquerer: facultatē quandā euagādi licentius. et de tota antiquitate loquēdi mihi assumpsit: putās id tibi plus uoluptatis: quā molestiæ allaturum. Urbē igit ariminū uetultis illis tēpibus minorē aliquāto: quā nunc sit: fuisse apparet. Ciuitatē nihilo minus lōge maiorē: ut supra dixi: arbitror fuisse. Ex monumētis at uetustis: duo tibi descripsi: q; mihi relatu digna uidebant. Sed postquā antiquorum huius loci monumentorum facere mētionē institui. et liberius euagari epistola coepit: nō præteribo unum huiusce loci: ac pulcherrimum priscae antiquitatis specimen: cui nec illa i clytra roma: q; imperium terris aīos æquit olimpo. Neq; athenæ: aut syracusæ magnificatum quōdā urbium ingētes ruina: q; quā par aut simile in suis hodie reliquias habent. Est autem hoc non marmor paruum: non lapis numidicus: non phidacum ebur: non corynthium uas: non statua ex ære aut marmore fabricata: non ædificium. non pensiles horti: non coclea columna: non theatrum: non obeliscus: non signum: non tabula: non toreuma res mutæ quædam: & puerorum oblectamenta: sed præstantissimorum uiroꝝ. eorū dico: quos stupidi legentes admirari. et quorum memoriā uenerari solemus: uiuam et animatam effigiem. Virū enim præstantissimum. et mihi crede: qui quā lentus: ac diffidens laudator celi con fuerim: non ignoras. Virum inquam præstantissimum ex illo prisco genere hominum in hac urbe inueni Carolum Malatestam principem huius ciuitatis: quē quotiens intueor: totiens mihi aliquem. M. Marcellum: aut Furium Camillum inuicentissimos bello duces: et eosdē in pace mitissimos: atq; optimos uiros: legibusq; obtemperatissimos uideor intueri. Crede mihi Nicolæe non te fallo. nec ipse fallor. Nunquam uidi hominem: qui magnitudine animi: et ingenti præcellentiā: aliusque summo duce dignis uirtutibus ad antiquos illos illustres uiros proprius mihi uideretur accedere. Nec tamen nunc a me in hoc uiro tibi recensendo: laudationē oratoriā: et dicendi artificium expectes. Illis enim huiuscemodi ornatu opus est: quorū uirtutes ac res gestæ satis per se ipsas formosæ nō sunt: ut mulieres uidemus illas maxie fuco ornatuq; inniti: q; sua ac uera pulchritudine carēt. Præterea nec tēpus

nec propositum meum: nec epistolæ breuitas patitur me nunc per rhetorum præcepta discurrere: & panageticas cõmendationes excerpere. Itaq; illa prætereo quæ de generis claritate: quæ de amplitudine ac gloria maiorum: quæ de fortunis ac facultatibus cæterisq; huius generis uerissime & accumulatissime possem: si in his de mōstrādis occupatus esse uellē: referre. Quid. n. attinet splēdorē familia: cæteraq; eiuscemōi i huius laudē adducere: cū ipse quocunq; i loco natus fuisset pp egregias uirtutes sibi ipse fuerit nobilitatē: gloriā: & āplitudinē pariturus: Illud tātum breuiter & summati dicā: ex clarissima huius familia præstantissimis ac summis uiris cõtina successione referta: sic oēs superiorum uirtutes dei munificentia in istum collocatis. ut quocunq; in hac familia aut cõsilio: aut magnitudine ai: aut strenuitate: aut iustitia. aut liberalitate cõspicius fuerit: in hoc uno tanq; legitimo oium successor: cõstet hmoi superiorum suorum præstantissimæ dotes appareant. Est. n. ut quidem uir prorsus mirabile quā multis ac uariis rebus hic princeps excellat: Et primum in rebus bellicis quāta hic uir gloria sit: quantūq; iudicio oium: q; rei militaris peritiam habent: excellere putet: cõsentiēs oium fama testatur. Extantq; res ab eo gestæ magnæ quæ ac memorabiles: & ab ipsa adolescētia cõtinuatis uictoris feliciter cõfecte in quibus & generosa celsitudo cordis ad pericula capessenda. & inter ipsa pericula iniunctū corporis atq; animi robur apparuit. Rursus ad pacē atq; ad eas res: que sine armis geruntur. Si te uertas. inuenies cõsiliū maturitatē & prudētiā singularē: quæ in hoc uiro tanta est: quāta & acumen excellentis ingenii: et multarum ac maximarum rerum tritus et diuturnus usus maximam in homine efficere pōt. Accedit ad hæc illud meo iudicio mirabile: ac nescio si recte dixerim stupēdum: q; uir in his rebus: quæ a studiis abhorreere uidentur: occupatissimus tantum litteratura et doctrina pollet: quantum pauci assequuntur ex iis q; uniuersam ætatem i huiusce modi studiis posuerunt. His adiicias illa præclara: sine quibus ois præstantia in principe deformatur: modestiam: honestatem: mansuetudinē tranquillitatē: religionē sanctimoniam: integritatem. et hæc oia egregia. Est præterea tanto naturæ munere: ut ad singula præcipue natus uideatur: celerrime legere: uersus facere soluta oratione elegāter dictare. et q; in robustissimo corpe mirandū ē: nec ipse de eo scribere. nisi de diuo Augusto: ac diuo Tito Vespasiani filio idē legissem: ita uenusta propria manu scribere: ut oēs librariorum uel adæquare faciliter: uel superare possit. Itaque haud facile dixerim robustior: an doctior corpore: an mente ualidior: atque aprior. iustior: an ingeniosior sit existimādus. Sunt insuper q; felicitatē eius ex successibus rerum: bene gestarum magnifice extollant. Quod equidē tribuēdum puto cum industriæ summi uiri: tum eiusdē iustitiæ ac pietati. Verbum est. n. Furii camilli. Omnia prospera euenire sequentibus deos: aduersa spernentibus. Nolo quæ quæ ex antiquis præstantibus uiris in contētionē adducere. Sed certissime confido cum de uetustis rebus a me quaesieris: hoc specimen antiquitatis nequaquam fuisse prætereundum. Vale. Arimini.

Leonardus Petro Amyliano. S. PL. D.

Pinor tibi non satis manifestam solum: uetū etiam satis probatam. eē cau-
 sam cur per hosce menses ad te scribere haud multū properauerim. Cum
 enim epistolarū officium sit: ut absentis de his rebus: quæ apud nos gerū-
 tur: certiores faciamus. atq; ego apud eos degerē: quorū opera ac uolūtates a te mi-
 nime probari sentiebā: cōmittēdū non censui. meæ ut litteræ: in quibus præsertim
 nihil utilitatis ad corrigēdā emēdandaq; prolapsam rēpu. incē poterat. aliquid aut
 suspiciōis aut offensiōis cōtraherēt. Scis. n. q̄a ubi aduersus quēpiā infensi sunt ai-
 ois oīo cōmunicatio ēt si nihil hēat nocumēti: molestissima ē. Quāobrem interim:
 si eodē ad te scribere: cū tamē amor erga te mens nullā intermissionem caritatis:
 aut beniuolentiæ pateret. Nūc at̄ quoniā ex eo loco: in quo nihil aliud quā quod-
 dam familiaritatis me detinebat decreto florentinæ ciuitatis reuocatus sum. & iam
 sine cuiusq; offensa scribere posse uideor: dabo operā ut quā intercapedinē abstu-
 lit conditio t̄pis: hanc iā liber & omni solutus cura aiūs exuppleat. Hoc itē a te q̄ iis
 dē: ut opior: rōibus adductus: lōgū mihi litterarū tuarum silētiū præstitisti: nunc
 sub nota cā cēleo faciēdum. Sic & quod intromissum ē: assiduitate crebritateq; fa-
 cilliter instaurabimus: & non longi temporis incōmodum longa atq; continua cō-
 moditas leniet. Vale. Leonardus. sal. dicit Antonio:

Ngentē uoluptatis partem peregrinatiunculis meis defuisse existimo: qđ
 nec florentiæ: nec areti tecum eē potuerim. Sed alternatis t̄pibus dum ego
 florentiā uenissem: tu aretii fueris. Dum rursus aretium peto: tu florentiā
 remigraris Super qua re uix est: ut non putem mihi fortunam inuidisse. Et cum cæ-
 tera: ut optatem: præstaret: hoc unum denegasse: ne cupiditas mea penitus implere-
 tur. Valde tamen molestius mihi fuit te aretii non inuenisse: q̄ florentiæ. Primo qđ
 nō: quēadmodum florentiæ aretium: sic aretio florentiam petiturus erā. Deinde qđ
 licet prius esset apud me firmissima de tua probitate cōstituta opinio: tamē ita ma-
 gnas & egregias laudes admirabilium uirtutum tuarum in ea ciuitate: quæ te pro-
 xime semelstri cum imperio præsidētem experta erat: audiui: ut longe magis islā
 matas sim ad beniuolentiā & caritatē tui. Itaq; ualde angebar ai facultatē mihi adē-
 ptā tibi præsentis euestigio gratulādi. Fuit. n. profecto uirtus oī t̄pe admiranda: sed
 etate n̄ra tanto magis: quanto bonorū uitorū penuria est maior: præserti in magis
 stratib; ubi pp̄ licentiā peccandi abstinere se difficilius est. plar̄isq; n. nō rā uolun-
 tas malignādi deest: q̄ facultas. Cui uero cū licuerit nō libuit: in eo cognita & spe-
 ctata ē bonitas. Enarrare qđē nō possem quātōpere uniuersā ciuitatē in te cōuer-
 sā reppererim: quā amplissimis. cōmendationibus te ac nomē tuum ubicunq; ser-
 mo inciderit prosequantur. quā satiari nequeant tuam iustitiā: integritatem: ab-
 stinentiā: moderatiōnem: humanitatemq; memorantes. Præterea illa quæ tibi com-
 munia sunt cum multis Hoc uero egregium: & ut sunt mores nunc maxie luculen-
 tum: qđ te unum fuisse aiunt ex illo sanctissimo genere hoīum: qui nō purares præ-
 dam tibi concessam: cum gubernatio subiectorum demāderet. qui nō uexationē
 & spoliatiōnem. hominum tuæ ditioni potestatiq; mādatorum. Sed tutelā & suble-
 uatiōem tibi cōmissā arbitraī. Nolo quēq; meis l̄ris attingē. nec ex aliorū malefactis

uirtutem tuam extollere. Sed tamen uereor ne ea de causa hæc a te obseruata homines in admirationem conuertant: quæ rarissima sunt huius probitatis: integritatisque exempla. Nam usque adeo conuersa est res: tantumque potuit cupiditatum uersa: ut impunitatem & prædam se nactos existiment: quibus magistratus & imperia committuntur. Ac si uera fateri uolumus: fasces & secures nostri temporis: nihil aliud sunt: quam mercimonia: uel potius latrocinia quæstus & rapinarum causa sceleratissime comparata. Itaque illi maxime iustitiam uiolare didicerunt: quibus ad iustitiæ tutelam publice arma gladiique traduntur. Quo quid peruersus esse possit: non equidem intelligo. Natura. n. ita comparatum est: ut in rectoribus præponendis populorum tantum quaeratur utilitas: punire maleficia: facinorosos absterere: discordias rollere de comodo eorum: qui reguntur cogitare. Rapinas: damna: iniurias: contumelias non solum non inferre: sed etiam ne alter quisquam inferat: prohibere. Abstinentia: & integritate in omnibus uti. Quid ergo scelestius: quid proditori similius: quam ut ea facias: ad quæ prohibenda custos præfectus sis: At enim quid sibi habebit is: qui magistratum gerit. An non aliud quicquam: nisi laborem gerendi que molestias: Habebit profecto & quidem rem maximam: omnique pecunia: lucroque potiorem. Id autem erit honor & gloria: ad quem omnis pecunia comparata uilescit. Cui autem hoc non satis est: is nunquam bonus erit gubernator. Recta igitur partito fuerit: ut qui regantur utilitatem: rectores autem honorem percipiant. Quod & ipsa quæ feruntur instrumenta declarant. Quid enim quæso parant homines magistratum inituri. Vexilla credo: & equos: & stragulam uestem: sagulaque: et parmas: et lophos: ac cætera huiusmodi. Quæ quidem omnia non pecuniæ captanda: sed splendoris: ac magnificentiæ sunt instrumenta. At enim mercator quæstus gratia proficiscens. nil tale secum defert: Sed libros et calculos. Lucri igitur: et honoris quaerendi diuersa admodum ratio est: diuersique apparatus. Quæ duo nunc plerique confundunt: ad lucrum: et pecuniam coniecta referentes: Perinde magistratibus: ut in mercimoniis que stuoosi. Tibi igitur gratulor: qui uerum iter ingressus: non quantum pecuniæ: sed quantum laudis ex magistratu referres: cogitasti. Quem neque cupiditas animi a ratione distrahit: neque superbia ab æquabilitate. Itaque non iam alium tibi imitandum proponam. Sed ut te ipsum imiteris: exhortor. nihil enim tibi deerit ad laudem si te posthac præstiteris quam similimum tui. Vale.

Leonardus Ruffo Salutem.

De tertium nonas aprilis cum pisas uenissem obediens patribus: qui per crebras me litteras euocarant: offendirem concilii opinione meliorem. Ita frequens iam multitudo coiuit. et quidem excellentissimorum hominum. Tanquam in dies singulos cumulatam omnibus undique confluentibus: ut uis suffectura hæc urbs magnitudini conuentus uideatur. Collegio autem patrum nihil humanius: nihilque uigilantius. Expectantur britanniæ episcopi. qui cum burdegalensi propediem affaturi dicuntur. processus interea legitimi fiunt aduersus pontificem nostrum. Orem duram: Sed tamen necessariam: quando ille post malos suos abiens: promissa: iurataque contempsit. Alamannum archiepiscopum pisanum propinquum

LIBER TERTIVS

quū tuum hominē omni laude dignissimum conuenio frēquentē. ac de te sermo nobis creber est. Hęc tibi scripsi potius: ut litteras tuas elicerem: q̄ ut quicq̄ haberē: quod magnopere nosse te uellem. Tu mihi aliquid prolixius rescribas: rogo: presertim de studiis tuis: quæ multo malim: q̄ acta concilii perdiscere. Vale.

Leonardus Nicolao.

Nhac ipsa hora cum tibi scribere pararem: litteræ tue mihi redditæ fuerūt. Primo igitur dicam quod dicturus eram. Deinde tuis respōdebo. Bartholomeus cremonensis mihi hodie affirmauit se Ciceronis epistolas ex uetustissima littera repperisse. Contempsit primo. Mox cum magis: magisq̄ asseueraret: confestim domum eius uiscendi studio me corripui. Quo in loco mihi ostēdit uolumē antiquissimum sane ac uenerādum. Sed dū uide uoluo. ac singula serutor: inuenio epistolas ad Brutum: & ad Quintum fratrem: eas uidelicet ipsas: quas habemus. Et septem duntaxat ad Atticum libros. Fuit id minus: q̄ optarem. Sed tamen opinor aliquantum inerit lucri ad nostras emendandas. Illud satis constat quas antea habuimus: ex eo uolumine nō fuisse transcriptas: cum ibi nō plures q̄ septem ad Atticum libri. Nos uero: ut opinor: quattuordecim habeamus. Noniū Marcellum dicit se in dies expectare. Hęc tibi nota facere constitueram prius. Nunc ad litteras tuas. De libro eligendo: utrum uis eliges: bene erit. & quos meo nomine habes: habebis. Verum diligenter conserua. De Augustiniano autem negotio: litteras uberores expecto. Gorgiam per hunc Retii puerum tibi mitto. Tu si cōmode fieri poterit: dabis operā: ut q̄ celeriter trāscribatur. uale. histori. cal. nouembribus:

Leonardus Nicolao.

Vod te Agathocyrio scribis: me quidem in ea re: quominus respōdere tibi aperte queā: prohibet cōsideratio antiqua librarii: quem nec eiicere honeste: nec una retinere cōmode possum: suspicor tamen hunc per se emigrandi cōsiliū suscepturum. Quod si faciet continuo Agathocyrium uocabo: Gracchorum uitā legit nunc Antonius Luscus. Cum eā perlegerit: ad te deferetur. Cum hęc superiora iā exarassem: aliæ mihi litteræ tuæ de late fuerunt: quas. xiii. cal. martias ad me dederas. De Agathocyrio satis supra expressi. De Gracchis quid Cicero scripserit: non ignorabam. Et est uaria apud illum relatio: ut alibi deprimat illos: alibi tollat. Nec id mirum cum & illorum acta fuerit uaria. Ab optimis. n. initiis profectos: contentiones ciuiles longius euerere: ut sint quæ laudari: & quæ damari possint. Ego tamen de iis alias ad te scribā plenius. Hęc satis ad litteras tuas. Sed tu accipe quæ apud nos nouiora. Ioannes græcus miles bononiam uenit ad. xi. cal. martias. Secum habet Demetrium: non poliorchitam: sed non poliorchemonem: & Guarinum ueronensem. Hic ut gustare primo aduentu potui: iuuenis est apprime eruditus. & qui tibi placere non immerito possit. Miles satis habuit uestes portate: quæ apud cum letissimæ sunt. Nam libros: quoniam grauiores esse uidebant: omnino reliquit. Manuel uero Chrysoloras nescire se aiunt ubi terrarum siet. Cōiectari tamen illum in hispania esse.

Vale.

Leonardus Nicolao.

Alde cupio meæ ut aliquando littere tibi fastidio sint: non ob incōcinnitatem. Nam id aduertat Iuppiter. Sed ob nimiam crebritatem. Quod tamē nescio an unq̄ continget. Guarinus tibi præsto aderit quem præsentē itue ri: ac prospicere licebit. Expectas iudicium meum: Ego & alias scripsi ad te: & nunc magis etiam cōfirmo eruditissimū mihi uideri: & quē tu probare non imerito possis. Illud permolestum est: quod miles libros attulit nullos. graues eē putauit: Ipse uero decreuit nihil præter leuitates secum afferre. Itaq; illos omisit. Vestes autem nequaquā graui homine dignas attulit. Quare populus concursat. Curia ridet. Ego digito compesco labellum. & quo me uertam nescio. Veror. n. ut nunc mores sunt ne ut olim caldæi ex urbe roma. ita nunc græci ob has ineptias e curia pellant. Mittere quaeso eos: quos iam pridem flagito codicillos. Pro religioso aut illo: q̄ religionis pertesus exire cupit: miror te usq; adeo uehementer aniti. Quasi uero desideriu aut honestum: aut tolerabile uideri possit. Nam q̄ causas allegat: uelamēta quidem illa sunt incōstantia: & uacillationis: quæ quem tu hæc eadem allegare nō putas. Itaq; ne me roga quaeso. Sed siue rogabis: siue nō: ego tamē nihil agam. Vale.

Leonardus Nicolao

Nihil mihi longius iuisum est: q̄ ut, litteras tuas diu quidem intermissas recipere. q̄q̄ leniebat desiderium meum spe propinqui reditus: quem in dies distuli. & adhuc differre nō desino. Nunc ad rē pro qua pontifici maximo supplicari uoluisti: breuiter & pauca respōdeo. omnia ut spero cōsequemur secūdu sentētiā intra paucissimos dies. Data est. n. forma: ut ego cōcta in libellum redigam: atq; una cum florentino cardinali. Is est Zabarellus noster. Discutiam: & censeam quid agendū sit. Non ergo dubito: quin ita arbitremur: ut uos ipsi optati. Vna duntaxat res admirationē pontifici dedit: q̄ religiosos ex obseruantia beati Augustini dicit sibi antea in auditos. Sed nisi fallor: id non oberit: uel quia reperiemus exempla. uel quia etiam si opus sit: bonis in rebus nouū exemplum laudabiliter institui posse: facilliter persuadebimus. uale.

Leonardus Poggio Salutem.

D. xvi. cal. aprilis a terio rediēs: deflexi inter in patriam tuam. Ibiq; parentes tuos uidi utrosq; sane incolumes. De sorore autē nuper nupta: itemq; de cæteris tuis prospera mihi rettulerunt. Itaq; summati scribere tibi possum more maiorum. Recte sunt apud te omnia. Inde florentiam reuersus: suscepi abs te litteras: quibus & si longioribus uigiliis ita cōfectus: ut dormire: quā scribere præster: tamen ut potero respondebo. Primum igitur quod Zucharum uirum omnium suauissimum facere: ut solet: dictitare scribis: me quidem ut matrimonium consumatē abiisse: se uero remansisse ad patrimonium consumendum: id aperte scias uerum non esse. Ego enim non matrimonium duntaxat: sed patrimonium insuper unis nuptiis consumpsi. incredibile est q̄ multa impediātur his nouis: & iam ad fastidium usque deductis moribus. Nec ego nunc sane de conuiuuiis loquor. quāquam est acta illa res a me: non tibiis disparibus: ut est apud cōicos: sed paribus. nec unis: sed pluribus. Aderat isuper Pintius citharædus nobilis. Memini

niſti opinor eius. qui apud mulieres quandoq; in conuiujs quærebatur:q; illæ ſe /
 derent:cum Pincius erectus ſtaret.Hinc tu frequentiam exiſtimare poteſ. Vacueſ
 feci forū:& aromatarias tabernas:coquos:fartores:aucupes:notos & ignotos pari
 tet fatigauit. Verum hæc licet ſint magna:tamen non ſunt magna.propterera q; ru
 moris plus habent:q̄ impenſæ.& plus ſtrepitus inferunt:q̄ damni. Sed illa intole
 rabilia:q; ueſtitu:môdoq; muliebri:nullus eſt finis.Vellē ut romani iſti tui: quibus
 ex uetere gloria nihil præter inanē iactantiã remanſit: aurum:argentū: purpuram:
 margaritas:cæterumq; ornatum mulierū florentinarum conſpicerent: ut deſine
 rent aliquando eam abſurde de ſe iſtis opinari.Sed hæc Zucharus noſter efficaci
 us redarguet.Nos ad reliquam partem litterarum tuarum accedamus. Quod.n.
 quæriſ quemadmōm appellare me in hac noua militia debeas:reſ geſtas meas tibi
 breuiter exponam. Tu poſtea:ut dignum putaueris: uocitato. Si militariter loqui
 oportet:quoniam & tu hanc nouam militiam dixiſti:ſic accipe.Caſtra ad quæ capi
 enda ueneram:prima uigilia adortus expugnaui.Victoria non incruenta fuit. In il
 lis ego caſtris nunc inſideo quãq; die quidem uagor latiffime.noctē tamen in illa ip
 ſa caſtra reuerſus peruigilia cuſtodio. Itaq; tu ſiue ducem:ſiue tribunum:ſiue cen
 turionem:uti libet:appella.Si tamen audies me:caligatum militem uocitabis.Non a
 caligis.Nam illas lectum ingreſſurus:ſtatim depono.Sed a caligine oculorum. Sic
 enim iam uigilaui:ut ſingula mihi proſpecta:bina uideantur. Vale.& Zucharū no
 ſtrum meo nomine ſaluere iubeto. Iterum uale. Florentiæ.xy.cal.apriles.

Leonardus Nicolao:

17

Cripiſi nuper quid actum eſſet:quid ueſperarem de negotio caſtaneano:
 Poſtea uero cum eſſemus in ſumma:ac firmiſſima opinione conſectum
 iri:ſuperuenit oliuetanorum importuna poſtulationio. Statim illi ad me per
 pontificem reiecti ſunt.ac ſubinde ſimul auditi.Ab illis propiquitas locorū:& mul
 ta quæ hætenus perpeſſi ob uiciniam fuerant:dicebantur. Ego quæ cauſæ no
 ſtræ profutura exiſtimaui:in medium protuli Nec prætermiſſum eſt a me quicquã:
 Nam & conformitatem regulæ:& uoluntatem prioris ſeſe: ac locum ipſum ſubii
 cere cupientis. & deſyderium inſuper tuum:& tuorum:& alia conſecta prout tem
 pus patiebatur explicui.Nec fore uiciniam ab illis pertimeſcēdam.Cum pro ma
 lis bonos:pro neglectoribus regularis obſeruantia cultores:profefſoresq; forent i
 poſterum habituri. Tãdem:ut oratores uocant admiſcui.pontificem enim obteſta
 tus ſum:ut meum hoc negotium putaret. Is ſiquidem amicitia uinclis aſtriētam eſ
 ſe coniunctionem noſtram:ut nil poſſet ab eo preſente me cōtra rem tuam ſtatui:
 quin contra honorē:exiſtimationemq; conſtitui uideretur. Auditus ſum diligen
 ter a pontifice:maximeq; cum mouere uiſa eſt ea pars:in qua coniunctio noſtra al
 lega batur. Denique oliuetanis palam edixit ſe inuito te nihil facturum: proinde ſi
 conſideretur iuſtitia poſtulationis ſuæ:tibi id perſuaderent. Nam & ſi ibi poſtea
 fore perſuaſum. Cum ergo illis ſe apud te hoc facile impetraturos eē.& dicto pō

d ii

EPISTOLARVM

tificis ac quiescerent: postularunt: ut superfederetur in causa: donec tecū agere possent. Quod non repugnante me: illis concessum est. Tibi itaq; tributus est honor meo iudicio maximus. Quid enim maius esse potest: q̄ a pontifice ipso ad te reici. Dices ergo quid nunc agam. Primum rogo te: ut quod deo futurum acceptius sit: id sequare. Deinde per tuas litteras pontifici scribas quid uelis. nam id fiet. Nec est quod scribere formides. Ita enim scribas ut si ad me unum præterea non reticebo. Zabarellus noster contra atque ego opinabar: totus pro oliuetanis est. Et affirmat se episcopus florentinus cum esset: locum ipsum oliuetanis concedere statuisse ac si diutius in episcopatu perseuerasset: proculdubio fuisse facturum: quod pontificem ex certo ambiguum reddidit. Habes omnia. Et superfedebitur i causa. Nec te inuito oliuetāis dabitur. Tuas litteras expectamus. Hæc quæ ad te scribo: aliis quoque qui una tecum scripserunt: referre poteris. Ego propter occupationes respondere illis omitto. Vale. viii. cal. Ianuarii. Romæ.

Leonardus Nicolao. 18.

Votiens abs te litteras accipio: totiens stimulos suscipio ad studia litterarum. Et enim studia mea in hunc locum deducta: in quo neq; socium aliquem: neq; peritum earundem rerum inuenire possum. Fatiscerent utiq; ac ueluti arescerent: nisi per tuas litteras ueluti faces quasdam refrigerato ingenio admoneres. Per hos igitur dies cum ocio abundarem: orationem Aeschinis in thesiphontem latinam feci: Vtinam adesses: ut una illam legeremus. Et utilitas quædam duplex proueniret. Nam cum per se ipsa est luculenta. multisq; rethoricis ornamentis picta: tum oratio illa Demosthenis: quam olim conuertit: quia huic respondet: multo erit illustrior ex huius cognitione. Quo enim pacto excusatio placere potest: si accusatio ignoretur. Hanc ego prætuli Ciceronis uite: q̄ ista oratoria nescio quæ ratione me plurimum oblectant. Atq; ut totum scias: librum hic habeo nullū: præter hæc ipsa: quæ conuerto. Ea; res mihi interdum obest. Nam sæpe de uerbis ambigens: ad quem recurram habeo neminem. Heri me suspensum habuerunt duo de quibus te librotum diuitem consulam. Aram græci dicunt: ut ira loquar: maledictionem. Id uerbum mihi non placet: quia nec elegantiam: neque dignitatem: neque sonum habet: dixi igitur imprecationem. Tu uide quæso Liuium: ubi foedera perfoeciales solēnibus uerbis peragit: ibi opinor aliquid iuenies: quod nobis ad expressionem eius uerbi sufficiat. Præterea senages græci uocant eos: qui aliquo terribili: maximoque deorum iudicio sic affecti sunt: ut nec ipsis: nec qui cum illis uersantur: prosperum quicq; eē possit. Hos mihi quo nomine appellem: non sane occurrit. Nam pollutos: aut infaustos dicere non omnino placet. Tu uide. & sapientiores idest libros consule. Litteras Cautii nostri legi gaudens Capram nostrum eē non incolumem modo: uerum etiam in culmine. Postquam hæc scripseram: occurrit mihi: ut pro ara execrationem diceremus. Id opinor bonum fuerit. Vale.

Leonardus Nicolao.

Cicero

Icero cum has orationes: quas ego latinas feci: conuertisset. addidit proce-
mum: quod perditis orationibus: extra re nunc etiam credo: & si nō er-
ro: uideor meminisse. Hoc ego uelim diligenter quæsitum ad me mittas:
ut quantum ualeo: me summo uiro propinquo afferā. Placebit tibi Aeschinis ora-
tio. Est enim. uale. Subdam tibi unum locum oratorie dictū
ab Aeschine: ut aliquid degustationis tibi præbeat. Post redargutionem menda-
cii cuiusdam sic inquit. Et enim hoc Demosthenes præcipuū habet. Nā alii quādo
mētūē: obscura exīde dicei conātē redargutionē formidātes. Demosthenes uero
quādo mentitur: primū cū iureiurando mentitur: sibi euerſionem imprecatus. De-
inde quæ clare sit nunquam esse futura: ea asseuerare audet: dinumerans dies & tē-
pora. Et quorum corpora nunquam uidit eorum nomina enarrat: imitans eos: qui
ueritatem dicunt. Quam ob rem maximo dignus est odio: q̄ improbus cum sit:
bonorum signa corrumpit. His dictis: decretum scribæ legendum tradit. Prolixi-
us quidem iliade: uanius autem q̄ uerba quæ dicere consueuit: & q̄ uita eius: plenū
spe rerum nunquam futurarum: & exercitiū nunq̄ deligendorum. Abactis itaq̄
uobis longe a furto suo: & per uanas spes suspensis: & reliqua. Item alio loco dixit.
Hic ergo uiri athenienses adulator eximius cum per Charidemum speculatorem
mortem Philippi primus cognouisset: turpi mendacio somnium decorum sibi fin-
xit: quasi non Charidemus: sed Iuppiter: & Minerua hoc sibi nunciassent. Quos
postridie periurans secum loqui per noctem: & futura prædicere affirmauit. Ac se
prima die post mortem filix uilissimus iste ante luctus impletos: antequam iusta
fecisset: corona & alba ueste immolauit: quum illam amisisset: quæ prima ac: sola
patrem ipsum nuncupabat. Nec infortunium obiicio. Sed mores discutio. Qui nō
filios odit: & malus est pater: nunquam bonus gubernator populi esse potest. Nec
is qui carissima & familiarissima corpora non gliscit: & fouet: unquam uos alienos
pluris existimabit. nec qui priuatim est malus: unquam publice bonus esse potest.
Nec qui domi est improbus: in macedonia: atq; legatione probus foret. Non enim
mores: sed locum mutauit. Tota oratio plena est his luminibus. Tu uide hanc de-
gustationem. & cum Nicola nostro examina. Vale. Arctii.

Leonardi Arretini Epistolarum Familiarium liber. iiii. finit:

Eiusdem Quartus incipit.

Leonardus Nicolao.

Vantam lætitiā: uel potius uoluptatem mihi attulerint litteræ
tuæ: in quibus chorum illum gratiarum circa puerum descripsi-
sti: uix satis dicere: aut explicare ualerē. Deus faxit: ut hæc tua au-
guria non frustra sint. Quo uero totam fidem tuam ei præbuis-
se dicis gratias ago. Quod apud te nihil remansisse: id fieri nul-
lo modo potest: Est enim fides diuina quædam res & amplissi-
ma: quam ut maximam alicui præbeas: ita maximā habeas. Nihil deperit eius præ-

bitione. Nec dando alteri minuitur: sed augetur: Demosthenis uitam suscepi: & reliqua auide expecto. Chrysoloras qui nuper eam legit: miris laudibus elegantiam: & conuersionis fidelitatem extollit. Ei nos de fidelitate concedimus: de elegancia refragamur. In tuo uolumine quædam mendas deprehendi: quæ tibi cõmendâdas censeo. Tu uideas rogo diligētius. Martiolinos tuos auide arripui. Nam hic sunt nulli præter bubulos: eos qui probat: ualde dissentit a Zuchari nostri iudicio: quæ glutino duntaxat & muribus illos mādabat. Sed heus tu nouus hic mos: ut patri munera mittantur. Putabam satis esse puerperæ missa. De libris meis quos desyderare te scribis: iussi ut uel omnes tuo arbitrio depromi permittant. Vale. Ex urbe roma. vii. cal. Ianuarii. M. cccc. xii.

Leonardus Nicolao:

Vm Ioanne præposito insulensi: qui aliquot menses apud nos fuit: a rege francorum legatus: uiro humanissimo: atque doctissimo: & studiorum nostrorum ardentissimo: magna mihi familiaritas est. Itaque non potuit: cum me cognouerit: te pro nostra amicitia ignorare. Multa sæpius de me audiuit: per quæ licet te nunquam uiderit: tamen & ingenium: & suauitatem tuam agnoscit. Cupitque tecum indelebilis amicitia: foedera feriri: non cæsa porca: ut reges illi prisca: sed cæsa & trucidata pedantatia: cuius ipse non est omnino expers. Hunc igitur uirum obsecro humanissime suscipe. & bibliothecam tuam ostende. ac cæteris officii prosequare. Cum enim multa sæpe: ut dixi: audierit de me: cupio ut talem experiatur: qualem sermo te meus illi pollicitus est. Vale. Ex urbe roma idibus. ianuariis.

Leonardus Nicolao Salutem.

I quæ hic agantur: quæ ue dicantur: te curare putarem: scriberem tibi astra concilii: & quotidianarum rerum commentarios facerem. Sed si te bene noui: tu eiusmodi mentis es: ut non modo non cures ista cognoscere: uerum etiam interesse tua arbitreris hæc: ut tu appellare soles: tedia & deliramenta hominum ignorare. Est autem ut inuitantis opus ad gustum conuiuiarum epulas quæ rere. Sic scribentis ad amicum conuenientem eius desiderio materiã sumere. Quædo igitur tu quidem delicatior es. nec quencunq; cibum stomachus tuus admittit. multa etiam quæ cæteris placent: fastidit: paremus sane epulas gustui tuo gratas. Et quoniam nostratia ista contemnes: peregrina tibi obsonia conquiramus. Nihil itaque tibi magis placitum per hæc tempora arbitror: quam si peregrinationem meam tibi perscripsero. Accipe igitur non totam quidem. Nam id quid expedit. Sed ab Italia Veronam ad quinto calendas decembris: cum satis mane uenisse: ibi eam diem uisendæ urbis gratia. Sunt enim nonnulla antiqua: & uisu digna. commoratus: postridie prima luce secus athisim fluumium ad alpes conuendi. Ut igitur ad eum locum peruenimus: quo athisis in planos Italiae exit cam-

pos: mirabilis

LIBER QVARTVS

pos: mirabilis prorsus res mihi uisa est. Via siquidem profundissima: atq; arctissima inter duos montes: quasi de industria naturæ secata per fauces strictas: ac sinuosas emanat. Alpestris sane locus & superbus: ita ut murmure aquarū & impetu gurgitis proteruos: & immanes earum gētiū mores: a quibus fluit imitari uideatur. Inter fluuium & dexterum montē uix tātum itineris est: ut singuli equites: ad plus ut singuli carri transire possint. A sinistra uero gurges montem perstringens: auium facit. Hinc atq; hinc uastæ rupes: geminiq; minantur in cælum scopuli. Eadem post ingressum longo itinere facies est. Impendent enim hinc atq; hinc minacissimæ rupes: profundus amnis inter eas labitur: uia perāgusta inter rupes & alueum. Cælum ueluti ex aliquo hiatu conspicitur. Montes saxa habēt durissima quidem atq; asperissima. Immo ipsi toti mōtes nihil aliud sunt: q̄ dura silex: & marpesia cautes. Cedant iam cilicix pilæ. Cedant caudinæ furcæ romana clade nobilitatæ. Satis enim superque mihi constat uel in unum homunculum superne stantem: & saxa: uoluentem: uniuersorum gallorum & germanorum imperum: si transire conēct̄ inhibere posse. Per hanc uallem biduo profecti: tridentum peruenimus: urbē pro natura loci satis amœnam. Nam & supra & infra paulo patientiorem habet cāpum. & flumine ipso non indecore abluitur: In ea illud merito quis miretur: q̄ uiti mulieresque & cætera multitudo intra una mœnia constituti: alii italico: alii germanico sermone utuntur. Vt quisque enim regione urbis habitat: uel ad italiam: uel ad ulteriorem galliam uersa: ita autem nostra: aut illa utitur lingua. Atque ego credo euenire: ut in concionibus: & publicis consiliis alie barbarico sermone ab unius ciuitatis ciuibus dicantur. a tridento aliquot milia passuum profectos: quidam barbarorum mos uehementet turbauit. Est autem talis. Multa per rupes: quæ fluuio imminēt. castella sunt. Ea tenentur a nobilibus. Vt igitur uiatores paulo plures numero conspiciantur: cum iam illi castellis subsunt: repēte ex arcibus cornua sonant. Et q̄ maxima fieri potest hominum multitudo ex mœnibus: & propugnaculis clamorem barbaricum: & hostilem ululatum extollit. Subita igitur re perculsi homines: plurimum trepidant. Nec est quisquam ita constantis animi: qui non eā nouitate moueatur: præsertim in locis uel de industria ad latrocinandum electis. Hunc morem barbarum & immanem illi ualere putant ad custodiam rerum suarum. Magisque ab iniuria temperaturos homines: si iam conspecti: & declamati se obseruari extiment. At ego mihi per hostilem terram iter facere uidebar: Sæpiusque illud subibat animum: Vt belli signum laurenti turnus ab arce Extulit. & rauco creperunt cornua cantu. Sed ad eam redeamus. Ex tridento tramenum uenimus uicū pulcherrimum atque beatum: in sinistro monte trans amnē positum. Scopuli tamē superne terribiliter imminēt. uicus hic famosus ē multitudine uinetorū: & Baccho ut uideēt in primis sacet. Sunt. n. ita multa uineta: ut unq̄ i loco plura cōspexerit. Solū ipsū in quo cōstita sunt uites quibusdā in locis sic albū ē: ut niui simillimum uideatur. Id ex eo accidit q̄ mons supne impendens marmoræus est. Itaq; marmor

contractum: & in frustra decisum: terram ubiq; contegens. albertem loci faciem reddit. Vini apud tramenum tanta copia oritur: ut in transalpinas usque partes abundantia afferat. Inde maranum deuenimus. Quod oppidum: an uicū appellare debeā: nescio. Omnia quippe sunt ad urbis sufficientiā: præterq; q̄ mœnibus caret. Id & trameno & marano opulentissimis locis eo accidere puto: q̄ ita præruptis rupibus subsunt: ut muro circumdari nō possint. A marano secus athisim profecti: tertia die ad iugum peruenimus. Via est inter duos uertices leuiter accliuus. Summitas planiciem habet. Duosq; subinde lacus paruo inter se spatio distantes: Aquarum diuortia ex eo loco fiunt. Ex altero enim lacu athisis oritur: qui in meridiem uergit. Ex altero: qui germaniam uersus aspicit: fluuius manat: qui dannubium influit. Inum accolæ uocant. Descensus ex eo iugo longe difficilior fuit: quā ascensus. Via præcipiti & arcta ac quibusdam in locis manu sarcta longo anfractu per præruptas rupes: quasi in baratrum ducit. A dextra parte uia mons ingens impendet. A sinistra præcipitia sunt uel aspectu formidanda. Abietum fursum deorsumq; incredibilis multitudo. Pinus intuper siluestris: cupressus: fraxini: fagi: orni: ac omne genus saluestris materia. Ab eo iugo biduum per ualles profundas ac difficiles sub ipsos montes progressi: ad aliud rursus iugum peruenimus. Aquilæ montem barbari uocant. Huius montis transitus longe difficillimus atq; asperrius fuit. Nam præterq; q̄ semper scandentibus. arduum iter habet: tunc niues omnia texerant: quarum plerisq; in locis supra uiginti pedes altitudo erat. Semita per medias niues plantis uiatorum impressa: non amplius uno pede lata deducebat. Per eum callem homines facile gradiebantur. Nam & leuiore sunt: & pedetētim incedunt. Equi uero misere ac laboriose per frenos ducebant. Qui si uno uel altero pede semita excedebant: in profundam niuem immergebantur. Nec nisi cū summo labore & periculo eximi poterant: & ad semitam reduci. Hæc difficultas tribus fere passuum milibus continuo nos afflixit: donec transgressi iam uerticē: descendere incepimus: ut uel in eo uniuersa huius itineris pericula difficultatesq; constitisse affirmare ausim. Est autem latitudo alpium: qua nos iter facimus a faucibus athisis: quas supra demonstraui: ad transalpinum completū descensum milia passuum circiter ducenta. Tanti autem montes: tanti scopuli: tam crebra & cōtinua dorsa tanta: cacumina atq; fastigia: tanta magnitudines ubiq; insurguat ut ualde mirandum uideatur qd̄ parens illa: & fabricatrix mundi natura: cum cas fecit quid sibi uoluerit. Me quidem æternas illas ac perpetuas moles intuentē: horror quidam & religio frequenter habebat. & nunc item sine horrore meminisse nō possum. Post transitum alpiū. xx. milia passuū profecti: in oppidū uenimus nomine ualchirchium. Id est opulentum atq; urbanum. ædificia hēt speciosa. Vineris & pometis plurimū abundat. Inde postera die profecti procul ab eo loco septē milia passuū: rhenum trāsiuimus. Flumen rhēi oritur in alpiibus nō lōge: ab eo loco quo nos transitū fecimus ex sinistra manu. Sed mox ad dexterā uergēs & suo gurgite & multorum incrementis adiutum. ingens & robustū decurrit inter orientem: & septentrionem

septentrionem recto alueo cōuersum aquā habet medi coloris inter cæruleā & ui
 ridē: cursum rapidum: alueum harenosum: solidum tamē ita ut pedibꝰ pressus: ue
 stigio nō signet. Nā ad ulteriorem ripam transuecti: dextrorsū relicto amne: per
 lōgam planiciem: ac palustre solum ad castellum uenimus nomine rineuū. Ibi rur
 sus præter fluentem thenum offendimus. Nam ueluti pertesus prioris itineris mu
 rato cōsilio inter septētrionem: & occasum magis declinat. Ac paulo infra castel
 lum stagnans lacum facit. Hæc cum audiuissem: uidendi desyderio ductus: equis
 & familia per terram præmissis: ipse scapha piscatoria conducta per fluuium: ac p
 medium lacum constantiam traieci. Lacus est omnium amoenissimus. Multaque
 castella & uicos undequaq; per ripas habet. Aqua nitida fundo glareoso ac p̄spi
 cuo. Pisces fert: uarios quidem ac multiplices. Sed pro tanta aquarum magnitudi
 ne non admodum copiosos. Vigintimilia passuum in longitudinem patet. Latitu
 do alibi ad .x. alibi ad qundecimilia passuum extenditur. In infima lacus parte Con
 stantia est urbs non magna: sed opulenta atq; formosa. Eius propter moenia: rhe
 nus lacu emergens: rursus in alueum: redit. Pons in eo est qui ab ipsius urbis porta
 ad germanos pertinet. Ultraq; pontem crebra ædificia secus alteram fluuii ripam.
 De constantiæ antiquitate & origine cum sæpe a quibusdam ciuibꝰ quæsissem ne
 mo adhuc mihi occurrit: qui uelut sui nomen & memoriam: nedum urbis tene
 re uideretur. Ego cum diligentius perscrutaret: tabulam inueni marmoream: uetu
 stas litteras continentem: ex quibus apparet a Constantio Constantini patre: qui a
 Dioclitiano: & Maximiano Cæsar dictus est: hanc urbem nomen cepisse: cum pri
 us Vitidura nūcuparetur. Hanc tabulam nemo constantiensium legere scit. Ten
 etq; uulgus opinio esse sanctuarium quoddam præcipuæ religionis: Ita mulier
 culæ & cætera imperita turba fucandis per eam manibus: & ad faciem refricandis
 iam litteras pene totas ex tabula deleuerunt: cum tamen ibi scripta sint: nō sancto
 rum christi: sed persecutorum christianæ fidei nomina. Mores quoq; & instituta
 ciuitatis. Nam ea quoq; res ad peregrinationes historiam attinet: ostendere cona
 bar. Singulis annis unus ex ciuibꝰ suffragio creatur. Apud quem summa pote
 stas cum imperio sit. Hic non publicis ædibus: sed in priuata domo sua & consue
 ta habitat. Si quando per urbem incedit: lictores habet uirgas manu ferentes. Cæ
 tero autem habitu nihilo a reliquis differt ciuibꝰ. Hic in caput uniuscuiusq; ani
 ma duertendi potestatem habet. Si de homicidio: de furto: de rapinis: de ueneficio
 de adulterio: ac de cæteris criminibus agatur: astant in consilio ii: quos sibi ciuitas
 deputauit. Rei ipsi in uinculis adducuntur. Ibi & accusatoribus & defensoribus di
 cendi contra reum: & pro reo facultas datur. Auditis omnibus in sententiam itur.
 Si reus damnaretur: lictores magistratus supplicio afficiunt. Eodem ordine de ci
 uilibus causis cognoscitur apud hunc magistratum & eius consilium: quia liberam
 iudicandi potestatem habent. Oratoria facultas plurimum ualeat. Itaq; si qui disert
 reperiuntur: hi aduocati in ciuilibus & criminalibus causis adducti: plurimū & grā
 & dignitate in ciuitate possūt. Vniuersa hæc ciuitas i duo genera diuisa ē. alii. n. sūt

equestri generis: alii plebei. Plebei mercaturis: & officinis intendunt. Equites ueteribus patrimoniis contenti: redditibus alunt. Equestrem dignitatem obseruant. Si quis plebeius ditior factus: ad equestrem locum peruenire tentaret: ei nullo modo licere putant. Nec nobilitas quæ in eo prophanari: & pollui dignitatem suam arbitrat: hoc cum facere permittit. Ita per longa tempora uterque ordo in suis finibus consistit: cum equites ad mercaturas: & sordidiora munera declinare in turpissimis sit: plebeio autem ad equestrem dignitatem se attollere nullo modo liceat. nec nobilitas patitur. Gubernatio tamen reipublicæ communis est plebeis & nobilibus. Vale. ii. cal. Ianuarii.

Leonardus Poggio .S.P.D.

Alendis ipsis Ianuarii: dum una cum Nicolao nostro mulierum cateruâ: quæ apud templum conuenerat: ex consuetudine litteræ tuæ idibus decembris constantiæ scriptæ nobis reddita fuerunt: uno atque eodem fasciculo alligatæ: meas confestim: posthabita uisendi cura: ad ipsas templi ualuas. Nam intus quidem tenebrosius erat: cum perlegissem: iucunditate magis & salibus tuis exhilaratus sum: quàm rerum ipsarum: quæ a te significabantur confusione permotus. Et si longa intercesserit mora: ut non maturitatem iam rebus: sed putredinem sane debuerit attulisse: tamen quo longius dilatus est: eo celerius finem expecto. Molestissimam tamen esse tibi hanc nimiam tarditatem nequaquam admiror. Nempe ex molestia mea: qui hic in meo sedens lectulo: expectando discrucior tuam: & aliorum qui in hic: ut uere dicam: tabescitis: sæpe metior anxietatem. Quæ quidem in re prudentiæ fuerit tuæ: ita ut te facturum scribis: tollerantiam adhibere. Senatuum uero nihil consuli: timere multa: mihi molestissimum est. Doleoque & indignor huiusmodi dignitatis homines in hunc contemptum esse dilapsos. Dii uos respiciant. quæque uereor mi Poggi: ne illorum magna pars hæc ipsa: & grauiora in super ob superiora quæ: referre piget: errata merito: atque optimo iure perpeti uideatur. Sed hæc alias: & sæpe coram. Nunc autem non mei solum: sed & tui: ad quem scribitur: rationem puto mihi habendam esse. Fecem piceni agri: atque flumini in possessiones nostras scribis impetum fecisse. O rem acerbam. Quid ergo posthac non timendum.

Iungentur iam gryphes equis: atque sequenti

Cum canibus timidi uenient ad pocula damna.

Ego præter hos: & lunaticos expecto. quod si fiat: uideo plane integram legionem. Quod me mones ne properem: recte: atque ex officio arbitror te fecisse. Et si .n. patria: domus: familia: quemadmodum debent: me plurimum oblectant: tamen dulcissima recordatio curiæ: & tot amicorum familiaritas sic iterdum mouet animum: ut omnibus posthabitis aduolare cupiam. Contra hos itaque animi motus tuum opponam consilium. Atque ut ii: qui ad certam horam expergisci uolunt. Si nemo uigil obseruet: nec dum possunt quidē: sollicitudo animi quiescere permittit. Sin autem obseruet quæspia: securi capient somnum: sic ego confusus pollicitatione tua: omnem sollicitudinem

udinem animi repellam. Nec nisi te uocante: tempus surgēdi adesse putabo. Qd̄ autem de rebus meis certior fieri postulas: ego ad studia id refero. Vereor eqdē ne insanire ceperim: ea scribere aggressus: quæ supra meas sunt uires. Exegi librū meum: cumq; pergrandem: in quo longo discursu multa quæ ad historiarū nostrarū cognitionem pertinent: explicauī. Habet uarietas delectationem. Cognitio uero etiam utilitatem. Sed tantus est labor in quærendis: inuestigandisq; rebus: ut iam plane me poeniteat incepisse: Insuper ut tu nuper in gallia orationes duas. M. Tullii: quæ nostra sæcula nunq̄ uiderant: tua diligentia perquæsitae repperisti. Sic ego nuper aretii epistolam quandam eiusdem repperi: quam te nunquam uidisse certo scio. In ea non sine stomacho Tullius noster Petrarce respōdet. Vale. Et me ama. Præterea. d. cardinali florentino: & pisano: & placentino me commenda. Iterum uale. iiii. nonas ianuaras. M. cccc. xv.

Leonardus Poggio Salutem.

Iuales bene est ego quidem ualeo. Legi apud Nicolam nostrum litteras: quas de hac ultima profectioe: ac de inuentione quorundam librorum scripsisti. Nec tantum de iis: sed & de optima spe: quam pro cæterorū adaptione suscepisse te uideo: lætandum existimo. Erit profecto hæc tua gloria: ut amissa iam ac perdita excellentium uirorum scripta: tuo labore ac diligentia sæculo nostro restituas. Nec ea res solum nobis grata erit: sed & posteris nostris. i. studiorum nostrorum successoribus. Neq; enim silebuntur ista: nec oblitterabuntur. Sed extabit memoria hæc dudum longo interuallo perdita: & iam plane deplorata: per tuam industriam recuperata: ac restituta nobis fuisse: Vtq; Camillus secundus a romulo conditor dictus est: q; ille statuit urbem. hic amissam restituit. Sic tu omnium quæ iam amissa: tua uirtute ac diligentia nobis restituta fuerint: secundus auctor: merito nuncupabere. Quare te hortatum: oratumq; maxime uelim: ne in hoc præclaro opere desideas. Sed erigas te: atq; insistas. Nam rei pecuniariæ tenuitas: ne tibi impedimento sit: nostra iam hic prouidentia erit. Atq; in hac inuentione tua scito maius lucrum factum eē: tu sentire uidearis. Quintilianus enim prius laceratus: que discerptus concta membra sua per te recuperabit. Vidi enim capita librorum Totus est: cum uix nobis media pars: & ea ipsa lacera superesset. O lucrum ingens. O insperatum gaudium. Ego te o Marce Fabi totum itegrumq; aspiciam. Et quāti tu mihi nūc eris: quem ego quamuis lacerum crudeliter ora: Ora manusque ambas: populataq; tempora rapuis Auribus: & truncas ihonesto uulnere nares. Tamē propter decorem tuum in deliciis habebam. Oro te poggi fac me quamcito huius desiderii compotem: ut si quid humanitas impendat: hunc prius uiderim: quam euita decedam. Nam de Asconio quidem: & Flacco. licet uterque placeat: tamen non usque adeo laborandum existimo. Quorum si neuter unquam fuisset: nihilo fere minus latinitas haberet. At Quintilianus rhetoricæ pater: & oratoriæ magister eiusmodi est: ut cum tu illum diuturno: ac ferreo barbarorum carcere liberatū huc miseris: omnes ætruriæ populi gratularum concurrere debebant. Mirorq; te & illosq; tecū erant: statim in hunc manus auidas iniecisse. Sed leuioribus pscribē

*Has epla laudat
Quintilianus*

*Quintilianus rhetor
pr*

EPISTOLARVM

dis hunc post habuisse. Quem ego post Ciceronis de republica libros plurimum a latinis desideratum: & præ conctis deploratum affirmare ausim. Proximum est ut te moneam: ne in iis: quæ hic habemus: tempus teras. Sed quæ non habemus: cõquiras. Quorum maxime Varronis & Ciceronis tibi propofita sint. Vale. & me a ma. ac Mediolanensi: arretinoq; præsulibus me commendatum facias. Florentiæ: idihus septembris. M. cccc. xvi.

Leonardus Coruino. S.

Vltiplices amoris causæ mihi tecum sunt: & singulæ. ni fallor. pondus habentes. Quarum illam pro patriæ honore principem dixerim: q; nos una atq; eadem ciuitas tulit. Id uero quanti sit: & extimari oporteat: tibi eruditissimo uiro scribens: non aggredior explicare: ne te forte qui ista multo melius nosti q̃ ego: docere uoluiffe uidear. Nec illud sane emiserim: q; maiores tui. ut & in legibus: & in cæteris publicis monumentis inueneri licet: ita eminentissimi fuerunt ciues: ut propensiolem beniuolentiam apud nos: posterosq; nostros mereantur. Tu que eorum præstantiam affecutus: cum dignitatis gradum tuis uirtutibus meruisti: ut ad patriam quoq; gloria tua redundet. Accedit ad hæc maximum profecto uinculum studiorum nostrorum unanimis coniunctio: q; ego in iis humanitatis studiis delectatus sim: in quibus tu non mediocriter excellis. Et familiaritates principum secutus: in quibus tu etiã: quo summe gaudeo: floruisti. Illud quoq; me plurimum mouet: qđ ab egregio adolescente poggio Terranouano familiarissimo et amantissimo mei dudum percepi: quanto honore ipsum: cum ad uos accessisset: uel solo meo nomine fueris profecutus. Cui etiam diuersoria mihi splendidissime parata: qđ illuc uenturum putabas: domine ostendisti. Potest igitur non summus amor erga te mihi existere: cum quo & tot uincula intercedunt efficacissime coniunctionis: & propensissima erga me conspecta affectio. Hæc scripsisse nunc libuit: ne forte me ex taciturnitate mea: ea quæ sunt: ignorare coniectes. Intelligasq; te habere hominem amantissimum tui: & sine exceptione deditissimum tibi. Atq; ego plura scribere: ea quoq; de causa sum adductus: qđ nobilis uir Franciscus Brandalia conterraneus noster: meo ac cæterorum amicorum non horratu modo: sed impulsu ad te uenit: uir: ut ex longa familiaritate uerissimum afferre testimonium ualeo omnium optimus: ac nulla ex iis uirtutibus carens: quæ nobilem decet uirum. Causa uero impellendi fuit: qđ eius uirtutes ociose senescere: ac nihil agendo deficere: interireq; dolebamus: præsertim cum res familiaris non ampla: illi sit: & magnæ familiaris non ampla illi sit: & magnæ familiæ onus. Magni etiam pro tuenda dignitate maiorum sumptus incumberent. Eum igitur tibi ita commendo: ut nihil magis me unquã cupiturum eẽ existimes. Ego: si res ecclesiastica nõ penitus obruat: ac dissipata esset: te hoc onere uel liberassem: uel omnino subleuassem. Cum uero in eo statu sit: quem uides: tuum erit munus hunc ciuem nostrum tuo fauore ad aliquem locum suis uirtutibus dignum apud tuum præcipem promouere. Quod ut facias: te etiam: atque etiam rogo. Vale. Florentiæ.

Leonardus Salutem. D. Felici.

Patior mihi

LIBER QVARTVS

Arior mihi ad peruagandum campus ostenditur: si amico tuo uiro erudi-
 tissimo respōdere prolixius uelim. Miratur enim seu potius quærit: si Ci-
 ceronis genus in tullium uolscorum regē: uti ego in uita eius perscripsi: re-
 ferebatur. Cur aut Salustius humilitate generis illi obiecerit: aut ipse Cicero respō-
 dens: hanc originis suæ excellentiā conticuerit. Nam ignorasse quidem sui gene-
 ris primordia utrum omnium doctissimum: & antiquitatis curiosissimum: uerisim-
 ile non est. In his igitur unum uidetur quæsitū. Sunt autē plura. Nō solū. n. uerū
 ne sit de genere scriptū quod ad historiam attinet. Sed & dicendi ratio postulare
 uidetur: quod totum rheroricæ est. Respondeo itaque ad oīa. Sed breuiter quidē
 ne ostentare magis ipse me. q̄ satisfacere postularis uoluisset existimer. Primum igitur
 in Tullium uolscorum regem Ciceronis originem referri: non ego ipse ex me
 sed probatissimos auctores secutus asserui. Ommitto cæteros: qui de Cicerone scri-
 bentes hoc. ipsum testātur. Hieronymus uir doctissimus & antiquarum rerum in
 primis studiosus: in libro de temporib; ab Eusebio scriptum. e græco translulit: &
 profecutus est: cum Ciceronis natalicia annotaret: sic inquit. C. lxxviii. olympiadis
 anno. iiii. Cicero arpini nascitur. matre Olbia: patre equestris ordinis ex regio uol-
 scorum genere. Plutarchus autem non solum genus regium: sed & regem ipsum.
 Tullium auctore generis nominat: qui apud uolscos insigniter regnauit Ipse quo-
 que Cicero: ne forte amicus ille tuus ignorasse hoc: aut omnino reticuisse ctedat:
 idem quodam loco scribit. Nam cum de philosopho antiquo. & Tullii regis coæ-
 taneo mentionem faceret: sic inquit. Pherecides Sytus primum dixit animos homi-
 num esse sempiternos. antiquus sane. Fuit enim meo regnante gentili. Quis igit
 ambigendi locus relinquitur cum & alii probatissimi auctores: & Cicero ipse hoc
 idem testatur. Restat ea dubitatio cur aut ille obiecerit: aut iste nos refellerit. Equi-
 dem ab oratore non exigo: ut semper uetum inimico obieceret. Deinde si genus re-
 gium: quamuis ab initio splendidum. in obscuritatem migrarat. Res quidem talis
 erat: ut ex utraq; parte aniam haberet: & ad laudem splendor generis: & ad uitupe-
 rationem obscuritas Dicentis autem est id assumere: quod & pro se sit: & cōtra ad-
 uersarium. Itaque obscuritatem: quam recte potuit obiicere: in medium protulit:
 Splendorem autem: qui commendationis erat: præterit. Quanq̄: si recte memini
 non tam obscuritatem Salustius obiicit: q̄ nouitatem. Sic enim inquit. Vbi. M. Ci-
 cero ita gubernat: ac moderatur quali unus reliquus ex familia Scipionis Africani
 ac non reptitius. & paulo ante. In situs huic urbi ciuis. Hæc non obscuritatem ge-
 neris: sed nouitatem ciuitatis designant. Id ipsum in historia clarius positum ab eo
 Salustio est: ubi de Cicerone: ac de consulatus petitione loquens dicit. Veluti pol-
 lui consulatum putabant si quamuis egregius tamen nouus homo adeptus foret
 & tamen Catelina cum eam defendat. M. Cicero inquilinus urbis romæ: Hæc om-
 nia: ut dixi nouitatem ciuitatis redarguunt: non generis obscuritatem: Sed cur Ci-
 cero ipse in refutandis aduersariis hoc reticeret. Primo non obieciabatur obscuritas
 ut dixi: sed nouitas. Itaque eius argumenta nouitati respondebant. Nam si nullus
 præclaris rebus maiorum suorum in republica gestis cōmendabatur: ut Scipiones

Probat amplissim
 defenso prius q
 Tullii Ciceronis
 fuisse de Cicerone
 uolscorum regis

EPISTOLARVM

& Merelli. ac suis & propriis: quod præstantius erat. Præterea tacendi plures erant causæ. Primo quod nomen regium apud romanos iustum sane: ac detestabile erat. Deinde quod arrogantiam: inuidiamque uitabat: quæ in ciuibus præsertim nouis fastidio sæ & intolerabiles sunt. Illud insuper accedebat: quod rex ille inimicissimus po. ro. fuerat. Non erat ergo prudentis consilii illum proferre: ne ab hoste po. ro. originem traxisse diceretur. Itaque callido consilio obscuritatem potius: quam bonis orationibus in suam uirtutum laudem traducere poterat. obiici patiebat sibi: Ut & ego qui nouus florentiæ ciuis sum: si a Castutio illo præstante quidem duce. Sed inimicissimo florentini po. ro. originem traxisse: latere in plebecula mallet: quam cum generis auctore: egregiæ licet nobilitatis proferre. Hæc habui quæ responderem. Vale.

Leonardus. P. Turco.

Ereor ne parum tibi respondere inamicicia uidear ex hac mea tarditate scribendi. Eam quæso suspicionem: si quam forte cepisti: animo tuo erade. factis enim propitissimus sum. Verbis autem tardus. Idque natura cum insit non facile dimoueri potest. Traditur autem ab iis: qui de amicicia scripserunt: in quibusdam ferendam esse naturam amici: ut de Scipione & Lælio scriptum memini: cum in Lælio quidem hilaritas esset: in Scipione autem uita tristior: ambitio maior disparitatem morum par uoluntas coniungebat animi. Nec tamen a Lælio: ut secunda laetus esset Scipio flagitatum est. Nec si flagitasset: ille præstare ualuisse. Quare tuum quoque fuerit pro tua humanitate exultare amici animi ita affectum esse erga te ut debet. Et si forsitan facilitas: quæ in te plurimum redundat: deesse illi uideatur. Sed hæc satis. Nunc uenio ad litteras tuas: quas nuper aretio rediens: florentiæ offendi. Quod Mattheus Albitius familiaris tuus me tubiratum tibi ex iudicio illo affirmauerit: ualde equidem admiror: nisi forte iocari tecum uoluit. Quod non ex litteris tuis solum: uerum etiã ex illius uerbis coniecto. Erat una Nicolaus nolter cum ille in foro me conueniens: te admodum litteris: quas nuper accepisses: lætatū esse: ac per luculenter scriptas existimare inquit. Cupere denique certiore fieri quisnam illas scripserit: ac suspicari quidem de me. Ego ne pro his tibi subira scerer. quam quod luculentum existimas: a me scriptum existimas. & quæ maxime probas: mea esse coniectas. Contra equidem si accidisset. ut quæ elegantissima tibi uiderentur: ea esse mea diffideres: grauius ferendum putarem. At quæ optima reris: eadem mea credidisse. Cuius tandem signum est: nisi magnificentissime de me opinantis. Quam ob rem tibi non modo: quod postulas: ueniam do: uerum etiã gratias habeo. At forsitan grauius tulisti me dicendi genus non internosse. Primum id quidem leue est. Mihi enim satis eleganter dicta uideri solent: quæcumque bene dicuntur. Deinde quid ego noui utrum ille mihi: an ego illi in hoc genere scribendi præstem: Equidem nullum alium exitum scriptorum meorum unquam optaui: quam ut ab iis: quibus scribo: uehementer litteræ meæ comprobentur. Quod illi accidisse uideo in iis: quæ ad te scriptæ sunt. Id ergo cum ille scribens assecutus sit: quod ego assequi opto nihil eius litteris defuisse

LIBER QVARTVS

ris defuisse iudico. Assentior nihilominus tibi facilius affici nos laudibus nostris: quā ulla alia re. Quo ergo facilius: eo minori conatu opus ē ad id: quod uolumus: assequendum Nam & Themistocles ille sūmus uir: quoniam cantu maxime delectaretur rogatus: eius inquit: qui laudes meas apte concinnet. Ut si etiam in iis precensendis dulcedine laudis captus enarrasses: uenia tibi sit tribuenda. Priscianum quem postulas: omnes tabernas librarias per scrutatus: reperire nondum potui. Admonui tamen quosdam familiares: ut perquirant. Siquid emerget: ad te ilico transmittam. Vale. Florentiæ. ii. nonas decembris. M. cccc. xvi.

Leonardus Salutem. D. Poggio.

Edi nuper ad te litteras Philippo nostro: in quibus sane prolixior fui. Nunc autem nihil fere est: quod ad te scribā: nisi hoc ipsum: quod litteras expecto. Flagito igitur: quod adhuc non flagitaui: ut nos crebrius de iis rebus: que istuc geruntur: certiores facere studeas. Nec ego a te acta solum exigo: sed qua prudentia es: etiam spem rerum futurarū. Scito. n. non proceres modo uerum etiā plebem: nihil tam per hæc tempora curare: nec ulla de re cogitare: ac loqui magis: quā de concilii exitu. Cum igitur hæc sollicitudo sit alienis: quid mihi: qui uerna sim: fieri putas: Tu igitur me hac cura subleua. & siquid de futuro pontifice odorare sagacius poteris: significa. Siquid occultius fuerit: a notabis Nudiu tertius exemplū habuimus litterarum tuarum a Barbaro missum de Hieronymi supplicio: quarū elegantiam equidem ualde probo. Tu illi tamen plus tribuere uideris: quā ego uellem. & si iudicium tuum sæpe purgas: tamen nescio quid maioris affectiōis præ te fers: Ego cautius de hisce rebus scribēdu puto Quintilianus tuus laboriosissime emendatur. Per multa sunt enim in nostro uetusto codice: quæ addenda tuo uideantur. Sed in quibus locis uetustus deerat: hoc est in syncopis illis grādiōribus: plerisque in locis insanabilis morbus est. Me pisano: placentino: & florentino cardinalibus cōmendam. Vale. Florentiæ. ii. nonas aprilis.

Leonardus Salutem. D. Francisco Barbaro.

Oluisse tibi præsertim nunc scriberē incipiens seriosius aliquid: de tua dignum excellētia: dignumque studiis cōbus afferre quicquid seriosius esse potest: quā hominē: cui cautum esse uelis: per tuas litteras cōmendare. Verum aliud quiddam scribendi genus: latinus: fusiōque operassem. Nam pro cōmendatione alicuius multa ad amicum scribere: diffidentius quodammō uidetur esse. Ita si uberius extendas epistolam: molesta prolixitas. Sin intra legem coerceas: arida breuitas resultabit. Illa igitur copia pleno: ut ita loquar: cornu aliud in tempus seruet. In re autem qua de agere constitui: hæc insunt. Rainerius Petri filius adolescens satis claro loco florentiæ ortus: ac iuris ciuilis studiosus: nonnulla ueneriis negocia habet. Quæ cum explicare cupiat: & patrocinium tuū quod sibi prodesse queat non ignoret: mecum egit: ut ipsum tibi per litteras meas commendarem. Qualia

uero sint eius negocia: & quemadmodum iam pridem agitari coepta: & in hoc tēpus perducta: facilius ab eo cognosces: Nec ambigo quin statuas æquissime esse. Hunc igitur Rainerium pro nostra amicitia tibi maiore in modum commendo: rogans ut cum tuo favore & auctoritate protegas. & ab iniuria tutare. Faciasq; ut quod ille sperauit: hanc meam commendationem plurimum apud reualuisse intelligat: Guarinum uirum suauissimum atq; optimum meo nomine saluere iubeto: Florentia. ii. idus aprilis.

Leonardus Sal. D. petro Miano.

Ropedicem: ut opinor: plura tibi scribam. Nunc autem scias uelim me florentiam rediisse ad. ii. idus martias: curia: & curialibus rebus omnino relictis. Vt tot autem solatio cum studiorum quæ longo intermissa spatio: au distissime repeto: tum etiam familiarium antiquorum: quorum tanta dulcedo est: ut prope gratias me debere putem iis procellis: quæ ex alto abreptum me in hunc uoluptatis: amœnitatisq; portum rettulerunt. Quoniam uero mihi iam pridem sua si omnia: quæ apud te sunt: mea esse. & quæ apud me tua: utar nunc ea lege: præcipue in libris: quos tu dudum summa cum liberalitate obtulisti: Vale.

Leonardus Nicolao.

Aluum te aduenisse gaudeo: ac ex pisana cæli grauitate ad salubres arretinorum colles incolumen euasisse: incredibilem de eo suscepi uoluptatem. Sed ista coram inter nos agemus uberius. Nunc uenio ad epistolam tuam quam communi amicorum decreto animis scripisse. Nisi illuc ipse accessero: exercitum mihi denunciatis: & duces apud uos esse: & regem quali exhortatione cōtrariam. O rhetoricam cōtrariam. Vos ne me his minimis terrere putatis. Et hoc adhibito metu ad ueniendum complere. Videre q̄ erreris. Ego & si illico uenturus fuisset: tamen uel ex eo imorandum putarem: ut tam præclara coors diuersari apud me compelleretur. Nam quid mihi dulcimus: quid mihi optatius esse possit: q̄ uideri domum meam tot simul clarorum uirorum: & mihi amicissimorum contubernio honestatâ. Et enim si hoc in singulis semper optatissime fecimus: quanta uoluptatis accumulatio foret uniuersos: ut ita dixerim: amicissimos uno agmine simul accipere. Itaq; ego uos oratos: atq; rogatos uelim: ut hoc bellissimum: ut uere dicam: bellum: quod per litteras indicitis: mihi inferre non differatis. Equidem si has uestras cōminationes facta putarem nō uerba. & si superbum forsan uideri potest: tamen nunq̄ me prius uenturum affumarem: q̄ uos huc accederetis. Verū quæ tarditas nō nullorum uestrum mihi suspecta est: ego ueniendi inducias postulo dierum. viii. Quibus exactis ad uos properabo. Causa induciarum est negociorū quorundam explicatio: quibus ita impediatur: ut nulli rei uacare commode possim. Absesse per hosce dies nullo modo licet. Deambulationes uero ad inclyta religionis loca: quæ finitima habetis: postulo ut in aduentum differatis. De poggiano thesaurorū coram. Libros ethicorum diuinissimos: ut ex integro rescribas: iam nunc te parua mi dulcissime Nicolae & in aduentu meo: ut mecum arretium uenias: certissimum statue. Iterum uale. Arretii. vi. cal. octobris.

Leonardus

Leonardus Laurentio Salutem.

Eddita sunt paulo ante mihi littere tue: non modo officii plene: sed beniuolentie: caritatis: & sollicitudinis onuste. pro quibus quid ego nunc tibi gratias agam: cum familiaritas nostra: nihil non ab alterutro promereatur.

Verum ut ad sollicitudinē tuā: ac præstantissimi uiri rainaldi ueniam: nihil est profecto: ex quo formidinem suscipere debeatis. Vel quia locus non multum periculi habet. uel quia persona non multum damni. Vigilabo tamen & ero ipse salutis meæ: qualiscunq; tandem sim: ob tuas hortationes curiosior. Ac si forte locus infestus esse perget: confestim adibo. De nicolao recte mihi nunciasti & siquid in diem habueris: oro mihi diligenter significes. Fines bonorum a te expecto: Nam aristotelis ethica: quæ traducere cœperam: nuper absolui. ea cum expolire nunc cupiam: Cicerone ac finibus illis opus est. Vale ac rainaldum meo nomine saluere iubeto.

Leonardus Guarino Veronensi Plurimum Salutem Dicit.

Egi hodie litteras Barbari nostri præstantissimi: & discretissimi uiri: quas laurentio cræntensi cancelario sub apologie uocabulo grauius simul ornateq; rescripsit. Quibus & si magnopere delectatus sum. Nihil est enim ab illo prætermissum: quo minus accumulate illius calumniis responsum arbitrer tamen quia communis est accusatio: ac me quoq; qui eidem laurentio amicus: ac iam pridem notus sum: tangit: cupio ipse quoq; pro uirili mea censori & correptori nostro respondere. Res profecto. ni fallor. permagna agitur. utrum nos omnes: an ille unus deliret: Itaq; te maiorem in modum rogo: ut exemplum litterarum: quas laurentius barbatus scripsit: mihi transmittere procures: ut uideam an rationes eius tales sint: quæ me poenitere cogunt temporis hisce studiis impensi. & ad obliuionem harum litterarum: quasi inutilium prouocent. uel ipse potius sui erroris commonefactus: bonis rationibus tacere compellatur. Sed dices. Num tibi barbatus noster satisfacit: abunde profecto. Sed ut si præsens contentioni adesse. quā uis barbarus superior foret: ego tamen non tacendum putarem mihi. sed aliquid ipse quoq; dicerem: quo meam in eam partem declararem sententiam. sic & nunc. quā ipse uis longe uictorē puto: tamen contra officium arbitror esse: ut taceam. Nec ipse quoq; simul aliquid pro causa præsertim mea dicam. Præterea his diebus uirtus longo & continuato tedio quorundam hominum: qui boni haberi uolunt: cum sint mali: orationunculam ueteri more perscriptam in illos edidi: quam nunc ad te mitto. Tu cura: ut aliquid rerum tuarum maiori mensura mihi reddas. Vale. Florentie.

Leonardus Poggio.

Litteras tuas perbreues accepi: transmissas mihi a Nicola nostro. Eum qui detulit conueniendi: ac rogandi non fuit facultas. Nā aetii sum: tum mearum rerum curandarum gratia: tum etiam uitandæ pestis uel potius susceptionis. nam illa quidem adhuc talis est: ut terreat magis: quæ lædat eos: qui florentiæ habitant. Hac igitur de causa: illum qui detulit: conuenire non potui: quā in amaltea saturnino cætera confecto. O rem acerbam: & si de patribus non tam equidem

EPISTOLARVM

laboro: q̄ de plebe. Quicquid delirant reges: ple&untur achiui. Seditiōe: dolis: scelerē: libidine: & ira Iliacos intra muros peccatur & extra. Acceperā & alias tuas litteras triduo ante q̄ florentia abirem: in quibus permolestum sane id fuit: q̄ commentariolum illud: quod mihi te mittere cum his litteris significabas: nūq̄ reperitū est. Neq; cathalogos ille librorum index. Omnia perditā per uiam aiebant. Quā & aperta: resignataq; diplomata uenisse. q̄ autem in illis me percōtaris nū & alia tuae litterae: quas ante profectionem tuam dederas mihi reddita fuerint: si de iis rogas litteris: in quibus reprehensiones stultissimi: ac leuissimi hominis continebantur: ne dubita: iam pridem illae mihi reddita fuerunt. Risiq; potius illius stultitiam: q̄ animo commotus sum. Nam eius stuporem mentis: ac ueluti phanaticam uesaniā iam pridem prospexeram. Itaq; non mihi noua res est. Scripsisse autem nūc illa ipsa: quae mente uesana atq; distorta gerebat. q̄tu faciendū putas: cum uel nulli unquā lecturi sint. Vel si legerint aliqui in ipsa scribendi ineptitudine: nullitatē eius cognituri: Ille certe ne illa ipsa: quae reprehendere conatur. intelligit. & quae fatetur: puerilia sunt: ac pene infantina. Itaq; illum omnino sperno: atq; contēno. Nec dignū responsiōe mea duco. Tu uale. & me ama. & qd̄ istic agatur: crebro significā. Iterū uale. Aretii idibus iuniis. Episcopo Senēli Leonardus Arretius. S. P. D.

Vem non delectet humanitas: & mansuetudo tua. Qui ante quā de negligentia mea: quemadmodum poteras: accusares: rationem excusationis meae: tu ipse attulisti. Cum enim iam pridem admirari diceres: q̄ ego nihil omnino ad te scripsissem: illud statim addidisti te putare non alia causa: quā occupationibus meis id accidisse. Itaq; cum id tuae sapientiae persuasum sit: quod ego maxime persuasum esse cupio. tacere forsitan in hac parte praestaret: quod & facerem ni haec mea excusatio partim ambitiosa: partim incredibilis uideretur: ambitiosa si me occupatissimum praedicem. Incredibilis si non potuisse scribere asseuerem. Pauca igitur ad hanc ipsam defensionem tuam ex meo addam: quo dilucidius ea intelligatur. Fuerunt mihi quidem occupationes & sunt. Sed nequaquam tantae: ut scribere nō ualarem: praesertim cum omnis occupatio mea in studiis litterarum uersetur. Cur non scripserim: audi quaeso patienter. Ego te semper cū hominem putauit: cui non nisi magna quaedam & praecleara: & digna tua grauitate auctoritateq; cōuenirent. Cum igitur post naufragium illud gubernatoris nostri: ad studia litterarum me tanquā in portum quendam optatissimum. rettulissem: scribenda quaedam: ac mandanda litteris assumpsi. Ad haec ego: quantum ocii est: totum confero. nec libenter diuerto. Credo & aliis euenire quod dicam: Sed mihi: ut affirmare possum: haud dubie euenit: difficulter resumo: quod semel abrupti. ad te ergo quoniam grauiora quaedam tua auctoritas postulat: ne ab inceptis diuerteret: scribere supersedi. Poteram certe leuiora quaedam: sed ea indigna tuo nomine arbitrabar. Grauiora uero & expolitiora sine intermissione coeptorū scribere non dabatur. Haec est defensionis meae ratio paulo explicatior: quā a te sit dicta. q̄ autē te & optime contentum. & inquiete cōstitutum significas: ob id te lōge beatiorem puto: quā cum in magnis rebus agēdis. magnisq; negociis oppressum caterua ho-

LIBER Q VARTVS

minum intuebar. Ocia enim negociis longe sunt preferenda: cum hæc finis sint: illa ad finem. Negociamur enim ut ociemur: & bellū gerimus ut in pace degamus. q̄ si ocia sunt preferenda: & hæc certe uita quicta: & tranquilla laboriose illi: & occupare. ad quam nisi aut honoris ambitio: aut pecuniarum cupiditas impelleret: quis tandem nostrum illam suscipiendam censeat: ac non uelis: remisq̄ fugiendam: Qui autem in ocio contenti non sunt: ocium ipsum: ut ita loquar: perdunt. Immo nec sunt ociosi: sed potissima sui parte. i. mente: & animo infestantur: ac longe rapiuntur. Tu ergo cum utrunq̄ nactus fueris: grande quæso: & felicitate tua diutius fruarè. Quod si te fors an aut pontificis iussus: aut uoluntas tua in curiam atq̄ in illum æstum negociorum rettulerit: ipse te ubiq̄ amabo. Primum tamen sanus consiliū est: quod utinam & ego tenere possim. Vale.

Leonardus Francisco Barbaro Salutem plurimam Dicit.

Edeunt mihi ex agro arretio: litteræ tuæ præsto affuere. Atq̄ ut de eo ipso: qui illas reddidit: cognoui complures ante dies florentiæ sic redditum meum præstolata fuerant: ut iam longiorem moram incusarent. Ego autem eo diutius illis in locis detentus sum: quo iam supra biennium crassante pestilentia: facultatem ad eundem non satis habueram. Quare auidius incumbens ita delectabar: ut pene iam urbis me haberet obliuio. Nunc autem & nitore litterarū tuarum: & summa humanitate tua ad meliora reuocor studia. Et si enim agriculturā ualde equidem probo: nihi. ominis illa stat sententia. Me uero dulces nutriant ante omnia musæ. Quid enim cum musarum suauitate Pan: & Siluanus possunt referre: In hoc igitur genere & audire eruditissimas uoces tuas: & reddere ipse meas optaui equidem: atq̄ opto: præsertim cum mutuo in amore familiaritateq̄ iam pridem inter nos suscepta: silentium hoc: quod adhuc intercesserit: culpandum potius quā laudandum uideretur. q̄ autem te ad sacras litteras maiore impetu: & attentioe animo conferre significas: in eo sapientiam: grauitatemq̄ tuam indeficibili laude commendandam duco. Si enim omnes musæ: quæ supra diximus: dulces sunt quanto illæ magis: quæ ueræ sunt musæ: & si uox poetæ in re ficta delectat: quanto magis uox dei delectabit in uera. & si præcepta hominum discētibis prolunt: quanto magis proderunt diuina. Quare te currentem: ut uideo uehementer cohortor ad huius optimi perfectissimiq̄ operis insudationem. Casum uero grauiissimum amantissimi fratris: incommoda exide suscepta: & tua moderatione: & illarum litterarum solatio leuare debes. Vale. Florentie.

Leonardus Salutem Dicit Ioannino.

Ris epistolas tuas unum fere sub tempus accepi. Quibus antequā respōdeo: iuuat præfari: atq̄ præmōdere ea uidelicet ipsa: que meus erga te amor ac patriæ caritas exposcit. Multū igitur hoc breui tempore: quo nobis affuisti: te profecisse statuo. Si equidem in tanta ciuitate recentē adhuc & modo ad uenā nonnulli præstantes uiri & familiaritatem suscipere: quorum gratiam tuere

EPISTOLARVM

quæ so diligenter: atq; annittere. ut eos bene promerendo in amorem tuum q̄ ma-
xime uertas. Id tu: si quemadmodum spero: assequare. Quod tandem lucrum cū
hoc lucro existimem comparandum: Illud præterea moneo: ut illic degens con-
quiescere animo uelis. nec eorum quæ hic reliquisti: desiderio torqueri. Quid ni-
si feceris: nihil de te laudabile unq̄ præstabis. Quid enim cor anxium: & merens ex-
hibere aut sibi ipsi: aut alteri potest. Cogita igitur nō tā domesticos: q̄ impias tuo-
rum molestias domi reliquisse. urbem autem nunc incolere opulentissimam: orna-
tissimam: & in qua nihil molestiarum insit: nisi forte quas tu ipse stulta mollie
ultra suggesseris. Hec ego quæ sentiebam de personis: & urbe commune facien-
da putauit. Nunc uenio ad epistolas tuas. Mea nescio: quæ illic repta: q̄ admirare:
q̄q; a cæteris laudari predicat. Aiunt fortasse homines: Sed non ego credulus il-
lis: Nam neq; me Varo uideo neq; dicere cinna digna: sed argutos iterest opere an-
ter olores. de epistolis autem: quas aliorum uoluminibus intertas deprehendisti:
ne fer: queso te id quidem moleste. satis enim honoris ille: quisquis fuerit: meis de-
tulit: q̄ inter tuas quas bonas putauit: collocare diguatus est: commētaria uero pri-
mi belli punici quæ flagitas: ad te propediem transmittam. q̄ autem me consulis
de illa re tua: mihi una talus uidetur: ut fortem te: constantemq; prestes. & si scio
quā difficile sit: non flecti anī: præsertim tibi qui es natura mollissimus. sed tamē
ut mea tertopitio: aut nihil unquā aut taciturnitas tua illorū uelantā confringet:
errantetq; & deuios in orbitam reducet. q̄ si iudices te pati non posse: eludent
Vale. Florentie.

Piico Archiepiscopo Genuensi: Leonardus Plurimam salutem. D.

Acile recognoui litteras tuas doctissime simul: optimeq; antistes. erant
quippe ea tacundia: sapientiaq; perscriptæ: ut ex tuo potissimum iudicio:
manasse uiderentur. Atq; ut natura sit cum alterum dicentē audias: quod
tu maxime probes ut ualde assentiamur: sic ego tuæ illi de lectione: studioq; tentē
tiæ uehementer assenti. sic enim mihi quoque perspicere uisus sum: aut nihil hu-
manarum rerum aduersus animi aegritudinem ualere posse: aut unicum in litteris:
studiisque esse refugium: quas qui fastidiunt: & contemnunt: ueræ: puræque ueri-
tatis guttum nō habent. tu igitur iis incumbere ut facis: præsertim cum nulla res di-
gnior sit homine sapienti: & in ea qua tu es dignitate cōstituto. q̄ autem de libris
scribundis rogas: non deerit tibi diligentia mea. Verum admirabilis est apud nos
eius rei penuria. Nam & studiosi permulti sunt: et qui mercede scribāt: admodum
pauci. Ego tamen: quo tibi morem geram: scrutatus omnia: cum tandem nihil re-
perirem exorauit quendam ex familiaribus meis: ut libros quosdam sui ipsius gra-
tia: quos ille scripserat uenundaret. sunt autem ethicorum libri: quos nuper trada-
xi et commentaria primi belli punici cum quibusdam orationibus Demosthenis:
et economicorum libro: sat: ut mihi primo aspectu uisum est: emendate perscripti.
Hæc emere licet. Tu igitur cuius Ianuensium tuorum qui hic negociantur cō-
mittere poteris: ut libros excipiat: ac pretium decens pro illis exoluat. uale. Floren-
tiæ. ii. idus. february.

Leonardus

LIBER QVARTVS

Leonardus Ioanni. 20

Xpecto Langustum illum tuum: ac litteras eius: præsertim si: ut mihi per suadeo foestiuissima sunt futura. Me profecto Epicurreum litterarum factum esse scito: Voluptatem in illis: foestuitatemq; cōsecutor. Quo circa iubeas uelim: si quas ad me missurus est: iucunditate ut illas salibusq; respergat Iudicium illud tibi per molestum: totamq; stultorum hominum uaniloquentiam uix unius assis existimandam puto. Adde etiam si placet rhetorē illum eloquentiæ hostem. An tu iis me censuris cōmoueri putas: quæ ab hominibus parum acutis: ac stulte sibi ipsis iudicandi peritiā arrogantibus proferuntur. Fieri non pōt quin: ut qui scq; sapit: ita sentiat. Sed & nostrum nobis iudicium est: quo magis nitimur: q̄ alieno: nisi forte Apellem aut: Prothogenem quid rectum amonūq; i pictura foret: non ex suo potius iudicio: q̄ ex aliorū opinionibus statuisse credamus quamquā est quidem abs te non satis acute causa mea defensa aduersus constantinopolitanum. Quid enim opus fuit ad Ciceronem allegare hanc: quæcunq; est in nobis rerum moralium notitiam. Quasi uero Aristotiles ipse ab studio nostro fuerit alienus: cuius libros in adolescentia sic audiuius: ut etiam publice de i s disputationes ex ordine studiorum sustineremus. Biennio certe toto ab optimis illius disciplina magistris: incredibili auiditate imbuti sumus. Hæc ego fundamenta cum in adolescentia iecerim: quis iusse admiremur. si nunc aliquid a me ex ædificatum sit. Aut quis nouum me ad hæc sacra uenisse dicat: quibus ego ab ipsa pueritia fuerim initiatus. Sed hæc satis. Plura etiam q̄ satis. De se enim ipso omnis sermo grauissimus est. At tamen silere aliquando non licet: ita multi occurrant partim arrogantes: partim delipiētes. uenio nūc ad id: quod per superiores litteras de cōmentariis flagitasti. Ego quæ sciui: quæq; memoratu digna existimaui: in eos libros congeffi. Neq; uero: quo minus si quis plura teneat: plura conscribat. Commētaria tamen ab historia multum differunt. Illa enim amplior: ac diligētior ē. Hæc contractiora: & minus explicata. Liuius quoq; in Romuli & i Hostilii & Tarquinii regum romanorum gestis referēdis: non annos prosequit: sed rerū sūmā. Idē Polybius facit. & ipse quidem probatus auctor: cuius auctoritatem secuti sumus. uale. Florentiæ.

Leonardus Poggio Salutem. 21

Nil omnino statuo duobus nobis fieri potuisse stultius cū hoc nostro importuno silentio: Sed quia illa iam corrigi non possunt præteriti defectu temporis: futuri exuberantia compensemus. Vnum tamē non ignores uolo: me per hoc ipsum silentium: grandem tibi epistolam perscripsisse. excitatū litteris tuis: quas ad Nicolam nostrum misisti de controuerfia Nicolai: in quibus cum te falsa illius suggestione deceptum animaduertērem: totam rem uerissime: sincerissimeq; patefactam: tuo examini censuræq; subieci. Eas uideo te litteras non accepisse. Itaque conquiram nunc rursus illas: tibi que remittam. Negocium meum: quod apud max. pontificem curaris: mihi summæ est uoluptati. Perspexi enim i te & amici fidem: & sapientis hominis consilium: & impigri uigilantis solertiā. Quod

EPISTOLARVM

autem hortaris : ut ad pontificem scribam:faciam ut mones. Antonio Iusco & Cinto sodalibus nostris meo nomine gratias ago:Saluereq; iubero. Valc.x.calendas martii.Arretii.

Leonardus Demetrio.

Rima:ut ex litteris tuis animaduertere potui:a te in crimen uocantur ex illa. præfatiōe mea:quam libris ethicorū ascripsi. Vnum q; Aristoulem de eloquentia cōmendarim:quē tu asseris nec eloquentem fuisse unquā: neque curauisse quidem ut eloquens esset. Alterum q; interpretem illum:qui ante me hunc librum traduxit:ordinis prædicatorum fuisse dixerim. Tu uero antiquiorē interpretationem eius libri putas esse:q̄ ordinem ipsum:ex quo fuisse affirmo. tertium q; huic ipsi interpreti maledixerim:indignaris.Sunt & alia quædam in litteris tuis:sed mehercle ita caligiose scripta:ut sensum eruere nullo modo potuerim. Et illa ipsa quæ supra rettuli:allucinando potius reprehendi te dicere uelie:q̄ tu dicas Ad hæc igitur tria nunc. Ad alia uero:si forsan id cupies:cum apertius scribes: respondebo. Primum igitur de Aristotele uehementer erras. An non curauit ille: ut eloquens esset Nam utrum fuerit.mox uidebo.sed ita curauisse illum constat: ut neminē magis. Testes sunt artes rhetoricæ ab eodem philosopho labore summo:diligentiæq; perscriptæ.Nec semel tantum:sed rursus:atq; iterum pluribus uoluminibus explicatæ:Nec est quicquam in ea facultate:quod non illum non modo pro se didicisse:sed etiam alios docere uoluisse appareat. Tanta uero in eo cura eloquentie fuit:ut etiam minuissima quæq; scrutari:& indagari niteret. Quis enim quæso ante hunc pedes:& sillabas:etiam soluta in oratione seruandos ostendit:ut dactylum:iambumq; reueret. Alterum ut elatum nimis:Alterum ut deprelsum. Poëana uero illum duplicem probaret:qui est aut ex longa:quam tres breues subsequuntur. aut ex tribus breuibus:& longa postrema:quorum alterum principis:alterum clausulæ assignauit. An non curauisse illum dicis:ut eloquens esset q; eloquentiæ artes tam curiose pericriplit.& minuissima quæq; tanta diligentia perscrutatus ē:Atq; ego ceruissime scio nec te:nec præceptorē illum tuum hominem: ut audio:theologiæ scientia:sed nullam um penitus litterarum:quid sit poëan:quid iambus intelligere.Nullum deniq; uestigium eloquentiæ inueneri.Nec id sane i uobis reprehendo:q; tam leuiter de rebus uobis incognitis iudicium præferatis.Falsum est igitur:quod scribis:non curauisse illum:ut eloquens esset:ied an fuerit eloquens:uidendum est. Nam fieri potest:ut curauerit quidem nec tamen sit eloquentiam consecutus. Equidem quantum est in me iudicii:non uideo. quo iis de rebus: quas Aristoteles tractauit:ut aptius: aut suauius: aut copiosius scribere quicquam potuerit. Lege eius libros.nec morales solum & ciuiles.in quibus magna eloquentia coheret:ied eosq; aut phisici.aut metaphisici scribunt:Inuēies locos nullius eloquentiæ capaces:eloquentissime ab eo tractatos:rebusq; obscurissimis splendore:& claritate per eloquentiā attulisse. De quo si mihi non credere uis: at Ciceroni credas:

Quāq;

LIBER QVARTVS

Quanquã nec tu forsan Cicero: qui fuerit: intelligis. Egoq; fatuus sum: qui tecum
 illa difero. Sed tamen Cicero uir acerrimi iudicii: summus ipse orator: suauitatem
 & copiã: & omnia scribendi ornamenta Aristoteli tribuit. Flumenq; aureum illi
 us scripta appellat: Ex quo magis translatoribus idisertis irasci soleo: q; huius phi
 losophi libros admirabili facundia: suauitateq; in græco scriptos tã absone nobis
 conuerterunt. Sed non sunt illi Aristoteli libri. Nec si uiuat ipse: suos eẽ uelit: sed
 merã conuersorũ ineptiã: ille enim & politissimus scriptor esse uoluit: curauit: &
 quod curauit: affecutus est. Quid ergo me in crimen uocas: Quid eloquẽtissimũ
 philosophum infamiã condemnas: An non pudet de rebus tibi incognitis ita leui
 ter assuerare. Sed satis de hoc. Ad aliud transeamus. Eum qui librum ethicorum
 ante me conuertit: ordinis predicatorum fuisse dixi. Hoc tu ita derides: quasi erra
 tum manifestum. Ecce rursus fatua crassaq; opinio uix pueris digna. Putas enim i
 terpretationem illam Boetii fuisse. Qua quidem in re perq; pueriliter aberras. Nul
 lam enim Boetii interpretationem habemus: præterq; Porphyrii: & prædicamẽto
 rum: & penhermenias librorũ: Quos si accurate leges: uidebis summum illum ui
 rum sine ullis ineptis libros illos transtulisse. Testus est nitidus & planus & græ
 co respondens. At enim in ethicis & physicis quid tamen est: præter ineptias meras
 Non uerba in iis latina. Non dicendi figura. Non eruditio litterarum. Præterea ab
 ipso græco male accepta cõplura. Hæc a boetio longe ab sunt: uiro in utraq; lingua
 docto: & eleganti. Nunquam ille architectonicam: nunquam eutrapeliã: nunq;
 bomolchos: nunq; agricolas: quorũ uocabula in latino habemus: græce reliquisset.
 Nunq; trillitiam pro dolore posuisset. Nunquã honestum eum bono eligere: cum
 expetere confudisset. Atq; ut scias: duæ fuerunt ante me: quod equidem uiderim
 interpretationes ethicorũ. Vna quã ex arabe lingua traductã fertur post Auerois
 philosophi tempora. Quæ quoniam anterior est: uetus appellatur. Altera hæc po
 sterior & nouior: a britanno quodam traducta. Cuius etiam proœmium legimus
 i quo & fratrem se ordinis prædicatorum scribit: & rogatu confratrum de iis tras
 ferendis laborem suscepisse: Quomodo igitur interpretatio: ista prius fuit: quam
 ordo ipse institutus e: aut quomodo Boetii fuit ista noua interpretatio: cum uetu
 sta illa & anterior post Aueroim fuerit Boetius uero aliquot sæculis Aueroi ante
 erat. Reliquum iam crimen est: q; huic interpretati maledixerim. Equidem si uitam
 illius: si mores: si genus insectatus essem: tunc faterer me illi maledixisse. Sed nihil
 tale attigi: neq; attingerem. At enim de litteris: studiisq; contendere: ac interdũ ue
 hementius urgere: & si res exigat: aduersarium pungere: differere id quidem e nõ
 maledicere: Deniq; tota uis in eo uersatur: lure an iniuria illum reprehenderim. Di
 xi græca uerba ob ignorationẽ latinæ linguæ ab eo relicta: pro quibus latina: uel opti
 ma hẽremus. Nec dixi mō: sed & probaui. & uerba: p̄ta oĩdi. cætera quoq; errata:
 nec ea pauca: nec leuia redargui. Aut igit̄ ista defẽde si potes: Aut me pupugisse il
 lũ: nõ moleste feras. Egdem si i pictura Iotti quis fecẽ proiiceret: pau non possem.

Quid ergo existimas mihi accidere: cum Aristotelis libros omni pictura preciosiores tanta translationis fece coinquinari uideam: An non comoueri: An non turbari. Maledictis tamen abstinui. Sed rem ipsam redargui. ac palam fece. Vale.

Leonardus Salutem. D. Poggio Viro clarissimo.

Iuales bene est: equidem ualeo. Egi cum Cosmo: ut liber ille ad te deferatur. Quod ille pollicitus est intra paucos dies se esse facturum. Tu cum illum habueris: prouidebis: ut a scriptore tuo pure: diligenterque custodiat. Quod autem de librario mones: recte tu quidem: & amice facis. sed tanta est apud nos huiusmodi hominum penuria: ut quamuis cupiam: habere non possim. Quare te rogo: ut si qua ratione potes: hoc mihi negotium conficias. si quem fortasse idoneum huic operi alicunde eruere queas: ad me mittito perquam cupide: suscipiendum habendumque. Franciscus Barbarus ad nos profectus est: cum quo una hic fui. Ac de te multa ab utroque nostrum. scio cum romae fuerit: futurum te illi in intimo sinu. Itaque non praetermittendum uidetur: quo minus te comonefaciam: efflagitumque operam: ac medellam tuam: compertum habeo multa per amulos: obtretratoresque meos sinistre de me ad hunc esse perscripta. Qui sit harum calumniarum fons: tute nosti. quae ingrate: indigneque id faciat: te non latet. Adiecit sese huic: atque addixit leuissimus quidam homo: professione hypocrita: patria sodomites. Ambo ii de me ad Barbarum: ut compertum habeo: peruersa quaedam scripserunt. Huic te rei quae so medellam appone: Tu enim scis quanti Barbarum semper fecerim: & quanta commendatione illius nomen profectus sim. Hoc ille ex te audiat: Deinde tibi notissimum est: non mea culpa has inimicicias cum Nicolao esse susceptas. Nihil in hac parte abs te postulo: nisi uerum. Pergratumque mihi fuerit: si pro rei noticia epistolam illam meam: quam de hac ipsa controuersia ad te scripsi. Barbaro ostendes ne aliud pro alio censeat: Intelliget enim quod ego ad te scripserim: minime in eo me esse mentitum. Nam quod de uita aiunt: ipsa uita mea integerrime acta: & communis de me censura eos refellit. Versor in oculis hominum: atque in luce probatus quidem: & acceptus omnium iudicio. Nec est quisquam uiuentium: cui in hac parte inregritatis: innocentiaeque concedam. Nulla foeditas in me. Nullum flagitium. Nulla libido mala nulla iniuria unquam reperietur. studiis uero non quantum cupio: proficere possum. sed tamen non frustra me in illis uersari: opera mea. laboreque testantur. Constatque me & curiae romanae commoda: & huius urbis emolumenta ultro oblata posthabere: quo studiis: & litteris dare operam possim. Quid ergo dicit sodomites ille: cuius una duxat cura est. in angulis: atque in umbris larere. Atque ut totum noris: ego de iis rebus nihil cum Barbaro aegi. Praestare enim duxi hoc quicquid sit apud eum ulceris dissimulare me scire. Quare & tu sic accedas ad hanc medellam: quasi nescias id quod scias. Plena sunt omnia iuidorum Poggi: & maleuolorum. & puerorum hominum. sed crede mihi: magno animo eos cotereno. De Barbaro autem laborandum putauit: ne mea negligentia ab alienatus dici possit. Vale.

LIBER QVINTVS

Leonardi Arretini Epistolarum Familiarium Liber Quartus Finit.

Eiusdem Quintus Incipit.

Leonardus Vgoni Senensi Salutem Plurimam Dicit.

Requenter dubitari percipio in hac nota ethicorum interpretatione: quam publice legere cœpisti: quoniam ita scriptum in ea sit: Summū bonum: quod omnia appetunt. Oriti autem dubitationem: uel admirationem potius ex eo: quod antiqua interpretatio habuerit non summum bonum: sed bonum. Itaq; suspicari quosdam uiros: eosq; ferme ueteres studiorum huiusmodi sectatores a me esse erratum: & maleuolos: obrectatoresq; meos id ipsum iam nō secus ac manifestū: deprehensumq; crimen circumferre. Quare & maleuolis respondere: & apud bonos me ipsum purgare quidā suadent. Ego autem huiuscemodi mentis sum: ut de maleuolis: & obrectatoribus illis non multum existimem laborandum. Noui enim & qui sint: & q̄ facile contemnendi Bonis autem & studiosis: qui non maleuolentia aliqua: sed opinionis errore ducuntur: ueniam esse dandam censeo. Est enim difficile: ac protinus arduum antiqua illa iam pridem imbibita animis extirpare tam cito: ac euellere posse. Itaq; intueri licet interdum homines magis anxie male percepta dediscere: q̄ bona percipere. Ignoscendum igitur: & simul responsione mea satisfaciendum: meq; ipsum apud hos purgandum probandumq; esse duco: ut ueritate agnita: omni me crimine absoluant quamquam in hac mea causa: neq; difficili sane per se: neq; obscura illa subit difficultas: q; de uerbo græco controuersia sit: de quo apud homines græcarum litterarum ignaros assentionem facere: per arduum uidetur. Sed tamen tanta est ueritatis lux: tantumq; iubar: ut aliena etiam in lingua apparueram eius uim: splendoremq; confidam. Nam uero quidem omnia cōsonant: Falso autem cito dissonant: uera. Primum igitur uidendum est: de quibus mihi conueniat cum aduersariis: & de quibus sit quaestio: ut ordine & uia procedat oratio. Interpretis quidem esse puto: quæ in aliena posita sunt lingua: ea in suam fideliter scribere. Hoc & aduersarii fatentur. Inspiciamus ergo quid sit in græco positum: pro quo ipse in latino summum bonum reddiderim. Est autem uerbum tagathon. Hoc etiam aduersarii fatentur. Sed male interpretatum esse contendunt. De significatiōe igitur huius uerbi controuersia fit. Ego summum bonum significare dico. Illi bonum. Antequā ad probationem descendam: placet quid summum bonum: & quid bonum latine dicimus: constituere. Nam frustra de uerbo græco disputaremus: si de latino ambiguitas esset. Hæc uerba summi bonum eam puto uim apud latinos habere: ut per illa notetur extremum illud: ac perfectum bonum: ad quod cum tandem puenitum fuerit: appetitus omnis conquiescet. id est quod semper propter se expetitur. & nunquā propter aliud: cuius gratia cetera fiunt bona. & ad illud referuntur bona ipsi autem nusquā referuntur. Media uero per quæ ad hoc extremum ascenditur: bonā quidem sunt: non tamen summa: quoniā propter aliud: quod supra erat: expetuntur. At summum bonum nihil supra se habet. Sed in eo appetitus conquiescit. Nec ultra requirit. Quid autem sit extremum illud: ac summum: ad quod om

Defendit se: q
m interpretatio
ethicorum. semper
q̄ omnia summi
boni appetere
Presertim q̄ an
interpretatio
habet boni et
summi. Et plur
rationibus pro
se beneficium
Et emulos suo
se male sentire

nia feruntur. hoc non est iam de uerbi: sed de re ipsa perquirere: in quo magna philosophorum ingenia conflictantur: Nec latere nos oportet hoc idem: quod summum bonum diximus appellari finem bonorum: & extremum: & ultimum: & primum. Dicitur enim extremum: & ultimum quia non est ultra progressio. Primum autem quia principium est: & causa. Nam eius gratia omnia omnes agunt. De quo præclare Tullius in libris de finibus bonorum inquit. Querimus enim quid sit extremum: quid ultimum bonorum: quod omnium philosophorum sententia tale esse debet: ut ad id omnia referre oporteat: ipsum autem nusquam. Ecce quid nos bonum: & quid summum bonum latine dicimus. Age nunc tagathon: de quo cōtrouersia est: utrum bonum significat: an summum bonum. Ego summum bonum significare dico. Atque aliud esse agathon: aliud tagathon. Alterum enim bonum significare: alterum summum bonum. Quomodo id probas. Quia sic græci utuntur. Non credimus inquit. At si nō mihi: saltem Eustratio credas. Eustratius enim natione græcus est. & inter doctissimos apud græcos habetur. Libros certe ethicorum græca in lingua sic perite commentatus est: ut solus commentator illorum meruerit appellari. Verba Eustratii sunt hæc in decimo ethicorum libro: Tagathon: quod cōiungitur ex to & agathon: nihil aliud est: quā solum bonum: & primum bonum. Alia autem ut puta Intellectus: & scientia: & uirtus: bona quidem sunt: non tamen prima. Et est intellectus quidem agathon: non tamen tagathon. Et uirtus agathon: non tamen tagathon. Sic per hoc elementum. t. ostenditur primum principium: & causa: & radix. ac uelut centrum omnium bonorum. O testimonium mihi optatissimum: testimonium. immo sententiam. Quid enim aliud Eustratius: quā uelut de tribunali me uictorem pronunciat. Agathon inquit significat bonum. Sed to cum illo iunctum facit: ut significet primum principium: & causam: & radicem omnium bonorum. Et quid aliud me dicere oportet. Nonne hæc probant. Nonne hæc me purgant. Intelligent igitur boni. & studiosi: qui dubitabant prius. Veritatemque opinioni suæ anteferant. Inuidi autem: & obretractores erubescant: & cōcidant. Nam quid est: quod hiscere ualeant cōtra græcorum auctorem: ac doctissimum hominem. Dixi de Fultratio. Quid aristotiles ipse. Nonne hæc eadem probat. certe non minus aperte. Sed si dici potest: etiam clarius. Docet enim in primo ethicorum libro. Bonorum alia esse laudis: alia uenerationis. Vult autem laudis esse uirtutem: ac cætera huiusmodi bona. Venerationis autem præstantiora quædam: ac diuiniora. Tale inquit esse deum: & tagathon. Ad hæc enim & alia referri. an iste quod parefecit deum & tagathon: & ad hæc alia omnia referri dicit. minus tibi probare uidetur: quā Eustratius: Tagathon designare non bonum: sed summum bonum. Nam si tagathon declararet idem: quod bonum: cur diceret præstantius aliquid esse: quā bonum: ac deo comparari. Quid Boetius uir doctissimus. Nonne ex hac eadem paritate ab aristotile sumpta: Tagathon summum bonum appellat. Duo inquit summa bona: quæ inter se diuersa sint: esse non possunt. At deum & beatitudinem summa bona esse concessimus. ecce quod aristotiles tagathon dixit. Boetius summum bonum exponit: cum deum: & Tagathon duo summa bona esse concedit. Quid

dit. Quid ad hæc respondebunt latratores ipsi: non græcarum modo ignari: uerumetiam latinarum litterarum: qui tempus non in discendo: sed in carpendo consumunt, fuci apum: & improbissimi, sycophantæ? Docebo & præter has auctoritates antiquum interpretem seipsum damnare. Quomodo hoc? quia in principio uerbum Tagathon bonum exponit: dicens bonum: quod omnia appetunt. Postea uero procedens in opere: Dum Aristotiles inquit: Tale esse deum: & Tagathon. Victus iam re ipsa: ac plane redargutus: quoniam ibi dicebatur aperte Tagathon præstantius aliquid esse: quam bonum.

Non est ausus exponere talem esse deum & bonum: ne in manifestam dissonantiam caderet. Sed dixit tale esse deum: & per se bonum. Eodem quoque modo in libro huius operis decimo: cum Aristotiles inquit: Quod bonum sit: & quod omnia appetunt: id esse Tagathon: uidit absurdum esse: ac stare non posse: si exponeret quod omnibus bonum sit. & quod omnia appetunt: id esse bonum. Exposuit ergo & ibi per se bonum. At qui cum in decimo libro exponit per se bonum: quod omnia appetunt. non enim primis ultima: Sed ultimis prima corriguntur. At quem profecto errorem emendandum: non tam uoluntas illum: quam necessitas perduxit. Magna quidem est ueritatis uis: magnumque numen. Ac de primo ad extremum: Vna atque eadem miro inter se nexu apta: cathenataque series rerum nam uero omnia consonant. omnia succedunt. Falso autem cum semel dictum fuerit: ueritas dissonat: & refragatur. & quasi obliquum multa offendunt quod hic accidit. Quod enim falso expositum fuerat: multa postmodum reclamabant: ac refragabantur: donec seipsum uti corrigeret: uel adægerunt. Nam illud sane dici haud quaquam potest: ut Tagathon utrumque significaret: cum Aristotiles præstantius aliquid de signare asserat: quam bonum & Eustratius nihil esse aliud: quam primum bonum. Denique Tagathon: & felicitas idem est. At bonum: & felicitas non idem. Patet ergo antiquum interpretem: male in interpretatum fuisse: cum dixit: Bonum: quod omnia appetunt. Sed an postmodum bene: cum inquit per se bonum. Fateor minus uitiose: inepte tamen. Nostri enim illi præstantissimi: atque doctissimi: Ciceronem dico: atque Augustinum: & Lactantium: & Boetium: nunquam dicunt per se bonum: sed summum bonum. Afferre possum testimonia singulorum per multa: ni prolixitatem uererer. Sed tamen Boetium supra ostendimus dixisse: duo summa bona: quæ inter se diuersa sint: esse non possunt. Eodem modo Tullius: Epicurrei inquit summum bonum uoluptatem esse contendunt. & alio loco facit Lucius noster prudenter: qui audire de summo bono potissimum uelit. Hoc enim constituto in philosophia constituta sunt omnia. & paulo post: Summum bonum si ignoretur: uiuendi rationem ignorari necesse est. Lactantius quoque inquit. Epicurrus summum bonum in uoluptate animi esse censet Aristipus in uoluptate corporis. Peripathetici autem in bonis animi: & corporis: & fortunæ: summum bonum collocarunt. Horum ergo nullus dicit per se bonum: sed summum bonum. Quam igitur causam habuit interpretes

ille a consuetudine doctissimorum nostrorum recedendi? Non credo fuisse ut
q; adeo sibi arrogantem: ut Tullium: & Augustinum: & Boetium: & Lactantiū
damnaret i uerbo: ac melius putaret se dicturum. Sed illud magis credo doctos
istos uiros nunq̄ ab eo lectos fuisse. Itaq; latinæ linguæ ignarus: uerbum de se
ipso finxit: quod nemo eruditorum unq̄ posuerat. Enimvero quod & hoc ipsū
uitiose. hinc licet intueri quia quæ propter se: & propter aliud expetuntur: per
se bona sunt: non tamen summa. Nam summum id est: quod semper propter se
& nunq̄ propter aliud. Quare nec dum bonum exponit Tagathon. Nec dū
per se bonum defendi potest: quo minus errasse comprehendatur. Enimvero di
cet quispiam tu quemadmodum defendes omnia summum bonum appetere.
Iam enim si hoc inquis lapidem appetere summū bonū: tibi fuerit confitendum.
O argutias insulas. Quanquā tu petis hanc defensionem: ab Aristotile exigas
oportet: q̄ a me. Nam ego interpretis officio functus sum: ut in græco positū
fuit: sic in latinum reddidi. Sed tamen si aliquid supra interpretem me dicere
oportet: potest ne esse quicq̄ insulsius: aut puerilius: q̄ dum Aristotiles de bono
loquitur humano: ad lapides: & huiusmodi insensa cauillationem traducere?
Quod qui facit: lapideus plane: insensatusq; ipse est. Sic enim proponitur ab
Aristotile. Omnis ars: omnisq; doctrina. Similiter autem & actus: & electio
bonum quoddam appetere uidetur. Hæc omnia uide licet hominum sunt: nō
lapidum: neq; bestiarum. In libro quoq; magnorum moralium inquit. Non
de simpliciter bono nobis dicendum est. Sed de bono: quod ad nos. Non
enim querimus deorum bonum. Nam de illo alia ratio: aliaq; consideratio est
De bono igitur humano dicendum est. En quid Aristotiles proponit: & sentit
Omnia uero humana summum appetere bonum: ac illius causa omnia omnes
agere: nemo sanæ mentis unq̄ negabit. Quin etiam si ineptire placet: ac in uer
bo cauillari: dabis mihi lapidem bonum appetere. Sic enim tibi necessarium
secundum primum interpretem. Quod si feceris: ego summum bonum appe
tere concedam. Neque enim recipiendum est lapidem: si modo quid appetit:
bonum quidem sibi appetere: non autem optimum. Hæc ad te Vgo doctissime
pro græci cognitione uerbi scribere libuit: ut ipse certior factus ualeas ambigen
tibus constanter: & intrepide respondere me non ad casum: neq; temere. Sed
certa ratione: & intelligentia: Aristotiles uerba: ut in græco sunt: ita in latinum si
deliter conuertisse. Vale.

Leonardus Thomæ cambiatori Salutem plurimum dicit.

On usq; adeo delectassent me litteræ tuæ: si omnia mea laudibus ex
tulissent. Sicut delectarunt hoc ipso: q; quædam refellere: improba
teq; nitebantur. Hoc ego amici esse puto: Illud adulatoris. Sed pa
tere quæso: & tu æquo animo uicissim a me redargui. Nam q; ais:
ne de iis rescribam: perq̄ iniquum foret. An tu me ictu tuo per cellas: & undiq;

ac apti sume
it sumū bonū

per hanc eplam
in bonis ac
das et uerbo;
mum copiamula

LIBER QUINTVS

oppugnes: Ego neque reperiui ante: neq; resistam. Fieri hoc natura ipsa non sinit: quæ etiam apibus mellis: dulcorisq; factricibus aculeos tradidit ad uim: si qua sibi inferatur: repulsandam. Contentio tamen nostra non pertina x esto nec odiosa: sed modesta & liberalis. Propositumq; in ea sit: non superandi studium: sed indagatio ueritatis. Deniq; ut inquit Cicero: controuersemur inter nos: non autem certemus. Libellos quosdam e meis ferrariam delatos: legisse te nuper significas. De quibus ad me scribens: cum præcipuis multa laudibus attollas: unum tamen acriter detestaris: q; diuitias in bonis numerari a philosophis dixerim. Hoc a me scriptum usque adeo tu indigne fers: ut contra uociferando: ac reclamando pene raucescas. Ego autem duorum in hoc tuo crimine reddendam mihi rationem puto. Primum loci num alienum fuerit: & ineptum. Deinde ipsius rei num falsum sit: & erratum: quod ita scripserim. Constat enim: si locus dicto congruens fuerit: & sententia uera: tuam hanc reprehensionem: ut leuiter dicam esse non rectam. Primum igitur de loco uideamus librū Aristotilis: qui ita inscribitur ecōnomicōn: in latinum uerteram e græco. Id munus amico: familiariq; meo homini docto & suauē destinaueram. Disciplina ei libri est fere circa patrimonium augendum. Ipseq; idem inquit alio loco: Economicæ finem esse diuitias. Ego igitur hunc librum mittens ad amicum: quid præfari in proœmio debui: An uidelicet esse in eo libro præcepta Aristotilis ad diuitias comparandas? Ipsas uero diuitias perniciosas esse: atq; malas. Fugiendas deniq; & abhominandas. Et quis legeret: si hæc dixissem? Quis munus meum non contemneret? Quis Aristotilem ipsum non carperet: q; de malis rebus acquirendis disciplinam tradidisset? At qui si ulla est dicendi ratio atq; ars: proœmio uirtutem hanc tribuit: ut beniuolum: ut docilem: ut attentum faciat auditorē. Quæ ergo beniuolentiam sibi comparabit: qui disciplinam malarum rerum de græco in latinum ueruisse amici gratia dicet? Quæ docilitatem: & attentionem qui nocitura: fugiendaq; se scripturum promittet? Vides ergo Thoma quid ratio: artificiumq; dicendi exigat. Ea uidelicet: ut dicerem quæ dixi. & quod tu quidem reprehendis: artificiosum est. quod autem laudas: contra artem. Locus igitur uel maxime hoc exigebat. Cuius tu etiam legens: rationem habere debuisti. Est. n. prudentis lectoris attendere: quo quidq; loco dicatur. ac pro eo accipere: pro quo datur. Venio nunc ad ipsam rem. Diuitias in bonis numerari a philosophis dixi. Vtrum tu hoc ita reprehendis: quasi non dicant philosophi: an ita quasi non uerum dicat. Si eos dicere negas: sed a me falso confingi: audi quæso Aristotilem cum omni peripatheticorum multitudine asserentem tria esse bonorum genera. Externa corporis: & animi. Sin hos falsos esse dicis: non tu iam me: sed illos reprehendis. Quam in re uide etiam atq; etiam quid agas. Teq; circumspice: & expende nunquid tuum sit aduersus Aristotilis: Theophrasti: Cratippi: & aliorū pene innumerabilium philosophorum auctoritatem: quasi tu unus plus sapias refragari. Quid Plato ipse philosophorum: ut ita dixerim: deus? Quid inquit in Gorgia: Nihil est inquit ex omnibus: quod non aut bonum sit: aut ma-

EPISTOLARVM.

lum aut medium. Bona sunt Sapiencia: Valitudo: Diuitia. Mala uero horum contraria. Neq; bona: neq; mala: ceu sedere: currere: nauigare. Potes igitur me reprehendere: quasi non uerum scripserim: cum hos philosophos principes tam aperte diuitias numerare in bonis cernas. Aut turpe est me id scripsisse: quod Plato ipse: & Aristotiles tradidere. Enimuero Epicurus contra sentit. O rem pergrauem: & non ferendam. An non pudet aduersus hos duos philosophia Soles: Platonem dico: & Aristotilem: Epicurri tenebras inducere? Qui si diuitias in bonis non putat: ob id mouetur credo: quia prodigos: & affotos. idest pro obscenis uoluptatibus patrimonia deuorantes sua beatos censet. Hunc tu hominem sectaris quaeso? Aut placere tibi: uel sano alicui potest? qui in re tam turpi felicitatem posuerit. Quid insanius: q̄ a Platone & Aristotile discedentem: Epicurro inhærere? damnato iam pridem homini: atq; ut ita ita dixerim. in philosophia hæretico. Sed quaero ex te qui longam Iuri operam: laudabilemq; dedisti: num & Iurisconsultos tante auctoritatis homines: tam prudentes: tam doctos delirare censes? Atqui hos quoq; in philosophia eruditos prædicatis: & ipsi non abnuunt. Quorum est illud ueram. nisi fallor. philosophiam: non simulatam affectari. Si ergo Iurisconsulti ueræ ac non simulatæ philosophia sectatores: quomodo nuncupant hæc externa? Vtrum media: an mala: uel bona? Pleni sunt eorum libri: in quibus bona appellant. Tu ipse quaeso qui de hoc tam pertinaciter contendis: si Iudex pro tribunali sedes in possessionem bonorum mitti iubes: utrum de uirtutibus sentis: an de fundo: & pecuniis? Quæ igitur peruicacia est aliter loqui uelle: q̄ homines loquantur? Contemnerre Platonem: & Aristotilem despiciere? Iurisconsultorum auctoritatem pro nihilo putare? Illos parum uidisse: nos omnia cernere arbitrari? Bona inquis a beando dicuntur. Externa uero facere beatum non possunt. Hæc sunt igitur bona. Hæc tua ratio: ut uideo: peracuta tibi uidetur. Est autem obtusa: uel potius fallax. Primum enim: quod tu tanq̄ concessum tibi assumis: Bona a beando dici. M. Tullius scribit se unde dicantur bona: ignorare. Itaq; uide: ne ut in philosophia plus tibi pene arrogas: q̄ Aristoteli concedis: sic in lingua latinæ ratione plus te scire: q̄ M. Tullium contendas. Quod nullo modo tibi permittemus. Quid enim commune habet bonum: & beatum: præter. b. litteram? Itaq; quid magis a beando: q̄ a bibendo dici bona interpretari potes? Hoc autem perempto: & totam rationem tuam perimi uides. Qui etiam si quis tibi a beando dici bona: efficere tamen eo concessio nil potes. Hæc enim extrema ad beatitudinem ptie re dicimus. Atq; inde si tu ita uis nuncupari bona quia sine illis beatus esse nemo pot. Nā nec animi qdē bona: si sola sunt: beatū facere possunt: nisi forte hunc in Phalaridis tauro constitutū: dicas beatū fore. Quo tu: ut opinor: beatus esse nolle. Ego certe: ut affirmare de me ualeo: hanc beatitudinem calamitosā lōge aspno ac satis eē puto: si nō miserū eē cōcedam. Beatū uero dicere i carcere i tormētis i egestate: i suppliciis: i trucidatōne filiorū: uereor ne uox illa sit nō hominis qdē. Sed cautis poti⁹ cuiusdā: & scopuli hūanitatē pēit⁹ oēm a se reiciētis. Virt⁹. n. bonū

LIBER QVINTVS

bonum quidem uirū efficere potest. At beatū uero faciendum: ipsa p se non est satis. Aggregatio. n. bonorum existat oportet. Atq; ut anima: q̄ corpus longe præstantior est: corpore tamen indiget: ut sit homo. Sic & animi bona longe præstantiora esse fateor. Indigere tamen corporis: externisq; bonis: ut sit felix. Recte quidem Aristotiles non solum in illa felicitate quæ est per fortitudinem: & iustitiam: ceterasq; negociosas uirtutes uerū etiam in illa cōtemplatiua & ocio sa putat externis opus esse bonis. Sic enim inquit cum de contemplatiuo loquitur. Indigebit quoq; externa prosperitate: cum homo sit. Nō. n. matura ipsa per se sufficiens est ad contemplandum. Sed oportet sanum esse corpus: & alimēta cæterumq; famulatum adesse. Neq; tamē: si absq; bonis externis: beatum esse non datur: ideo putandum est multis ac magnis illum indigere. Sed possunt etiā qui non mari: terræq; dominantur: felices esse. Hæc de cōtemplatiua Aristotiles censet. Ciuilem autem illam: & negociosam uitam longe pluribus indigere fatetur ad felicitatem. Nam liberali inquit opus est pecunia ad liberalitatem exercendam: & iusto ad remunerationes. Fortiq; opus erit potentia: si perfecturus sit aliquid secundum uirtutem. Deniq; ad res agendas inquit multis est opus. Et quanto maiores. & præclariores sint: tanto magis. Vides igitur in hac ciuili uita: in qua uersamur multum nos externis indigere bonis. Et quanto maiora: & præclariora uirtutis opera: tanto magis. Contemplatiua autem paucioribus indiget. Sed tamen indiget corporis: externisq; bonis: cum sine his beata esse non possit: Iuuat nunc repetere uerba mea: quæ tu tam acriter carpēda putasti. Sic enim scripsi. Sunt uero utiles diuitiæ: cū & ornamento sint possidentib; & ad uirtutem exercendam suppedient facultatem. Profunt etiam natis: q̄ facilius per illas ad honores: dignitatesq; subleuantur. Nam quorum uirtutibus obstat. Res angusta domi: haud facile emergunt: ut poetæ nostri dicit sententia. Quare cū nostri: tum multo magis natorū caritate: illarum amplificationi: quo ad honeste possimus: studendum est: quoniam in bonis a philosophis numerantur. & ad felicitatem pertinere creduntur: In is quæso uerbis quid tandem est q̄ Aristotelis menti non plane respondeat: Non ne in bonis numerat diuitias: Nō ne ad felicitatem pertinere dicit: Non ne esse utiles ad uirtutem exercendam: Nā de ornamento q̄dem nō bene accipis. Nō. n. de spinter: aut fimbria: neq; de histrionis auro. sed de magnificentia diximus. Hæc enim uirtus ad ornatum pertinet. adeoq; diuitias exigit: ut pauper magnificus esse non possit. Miror igit. qd in me reprehendas: cum & ob id uiles esse scripserim: quia ad uirtutem exercendam facultatem præberent: & prodesse natis eadem ratione: ne illorum uirtutibus rei familiaris obstaret angustia. Certe ego nō uideo cur me peitere debeat ita scripserim: præsertim cū eo loco scripserim: q̄ uel maxie illarū cōmēdationē flagitabat. Et. n. si pp se diuitias expetēdas esse: & undequa; arripiendas dicere merito carperer. Cum uero propter uirtutem: ac eius exercendæ gratia tanquam instrumentum quoddam. Et addiderim quoad honeste fieri posset: ne studium eius rei nos a recta ratione deflecteret: quid est: q̄ mihi a quoque ualeat imputari: Ad paruos inquis & angustos faciendum animos hæc tua com-

EPISTOLA RVM.

mendatio pertinet. Vide ne tu potius hæc agas. Si enim hæc sunt uirtutis instrumenta & celsæ præclaræq; res illa desyderant: cum sine iis fieri non possint: quos paruos & angustos facit animos? Ego ne: qui uirtutis exercendæ causa parâda ista dico? An tu: quod omnino paranda ista negas? deniq; utri nostrum præstantius animi propositum est. Mihi ne: qui celsa aggredi cogito: ac iam instrumenta ad hoc paro. an tibi: quod nihil grande: celsumq; meditaris? Nonquam fatebor inquis diuitias numerari in bonis. At Plato & Aristoteles fatentur: quorum ego auctoritatem longissime antepono tuæ. At uero non nocerent: si bona essent. Quid turationem: & hanc naturalem intelligentiæ uim homini datam: qua præstantius brutis. non ne in bonis reponendam censes? At qui reperiuntur qui peruerse illa utantur. Ne id obsistit: tamen: quin sit bonum? At. n. bonarum inquis rerum nullus inhonestus comparandi modus esse uidetur. Tu quo ad honeste adiunxisti. Quæ profecto res ostendit non esse diuitias in bonis reponendas. E quidem sic existimo & regnum: & potentiam reipublicæ esse in bonis: tamen horum nullum fraude nobis comparandum esse. Sed quantum honestas & iura sinunt procurandum. Iniusta enim acquisitio id ipsum corrumpit: quod acquirit. Præterea cum utilia omnia instrumenti instar habeant instrumentorum autem ea sit natura: ut nimis parua: & nimis magna corrumpant usum suum. Siquidem nauis & unus tantum cubiti inutilis est: & duorum stadiorum non inutilis. Patet nulla in re tantum desyderari modum: quantum in rebus utilibus. Diuitias autem utiles esse diximus ad uirtutem: in quibus ut in nauis exiguitas impedit. superfluitas nihil prodest. Itaq; & iusta: & modesta comparatio in illis esse debet. Omnisq; illarum amplificatio ad uirtutem respicere. Vale: & me ama. Tibiq; persuade tuas mihi litteras fuisse non ingratas. Iterum uale.

Leonardus salutem dicit francisco pilzopasso.

Lures epistolas a te suscepi: & quidem uariis de rebus ad me scriptas. Quibus si responderi per me cupis: iterum a te rescribendum est. Nam illæ quidem omnes in obliuionem iam abierunt Ridebis opinior hæc legens. & sicine me tractas inquis: ut ne responsione quidem dignissimum putes? Incredibile erit. quod audies mi pilzopasse: Sed tamen uerum. Contraria tibi ne responderem effecerunt: cum aut plus nimio ociosus esse: aut plus nimio negociosus. Principio. n. dum essem arretum: summo fretus ocio & in hoc maxie occupatus: ut nil omnino agere: tibi rescribere differebam. Nec erat eo tempore quicquam: cui magis aduersarer: quam calao: & literis. Mutauit posthac fortuna uices & ex illa profundissima gete: & uoluptuosa uiuedi incuria ad hos æstus: pcellasq; occupationum traduixit. Utq; prius tranquillitas nimia: ita nunc fluctuatio nimia me sumergit. Nulium ergo tempus iques meis epistolis aptum est: imo oem tempus tuis. Sed meis extreme oem conditiones tempore aduersat. Optada igitur mediocritas est: sine qua tibi respondere non possim. Hanc ego si nasciscar: responsum literis expecta. Sin uero ista non aderit: frustra

ex mmo ocio
patus scribere
fuit fluctuatio
is submersus
a non scripfit
crensat. et quidem
lebre

frustra: mihi crede: responsa mea flagitabis. Quod epistolas meas transcripseris omnes: & alias habere quæras: id ipsum honesta causa est: cur tibi nil scribam. Nam si quæ omnibus scribo tu habes unus: satis quidem superque est: quod alienam possideas. Tuis uero nequaquam indiges. Quod autem gratularis: uolo apte scias me ultra quam credibile sit: commoueri desiderio curiæ: & familiaritatum nostrarum. Nec ego hæc a principio non uidebam. Sed maiora erant incommoda: si repudiassetem. Finito autem anno: libera: & integra mihi erit deliberatio. Quare uale. Florentiæ. vi. cal. februarii.

Leonardus salutem. d. poggio.

Ettulit mihi uir optimus Nicolaus noster se abs te litteras accepisse scriptas londoniis. i. i. non octobris: in quibus amice tu quidem & affecte commouebare de inimicitiis aduersum me susceptis ab eo. Qui: siquid grati inesset: amicissimus omnium esse debebat. Ego uero angere te hisce de rebus gratuliterque ista ferre: plusquam certissimum scio. Noui. n. humanitatem: & beniuolentiam tuam. Atque ut quisque ipse uir bonus est: ita malefactorum conturbatur: & angitur. Quæ mediisfidius ipse mecum reputans: non alia profecto de causa tibi scribere super sedebam: quam ne te: ut putabam: harum stultitiarum ignarum superflua conficerem: oneraremque molestia. Totam denique huiusmodi cognitionem mali: tuum sub aduentum integram referuare constitueram. Sed quoniam ille: ut est lingua & procaci: & odiosa: ne in extremo quidem mundi angulo quietum esse te ab iis molestiis passus est. ac maligna quædam ut sentio: diuersaque a uero suggestit: meum ut uideretur reliquum fuerit non subterfugere: ne aut refugere me examen tuum: aut contemnere iudicium putes. Primum igitur tu mihi uel optimus esse testis potest qualis ego in Nicolaum per superiora fuerim tempora. Tua quidem familiaritas utriusque nostrum coniuncta: latere te nihil permisit. Non ambigo: illud pro certo tecum ipso statuere potius fuisse in me nimium: & superfluum quiddam in tribuendo illi: quam aliquid defuisse officio. Sed ego benignitate quadam naturæ inductus: propensiosem me præstiti: non quia hominis demerita non nossem: Sed quia illum: qui semel in familiaritatem se dederat meam: laudandum mihi: honestandumque putaram. Nec tantum quid ille mereretur intuebar: quantum quid ante decens esset conferri. Omnino. Poggio huiusmodi erroris caput est: quod præposterè agimus in uita: cum ceteris multis in rebus: tum in amicitiis coniungendis. Res enim magna: ut ita dixerim: lentitudine: experimentoque indiget. priusque sal illud: de quo dicitur: esse uerissime. comedendum. Sed nos ante recipimus in amicitiâ homines: quam an digni sint amicicia discernamus. Hic autem error & a multis alias: & nunc a me ipso imprudenter facti pergrades quodam attamen exigit poenas: Quid ego nunc agam quos? Aut quod consilium sumam? Diuortia ne ab eo: in quo est pueritas ista deprehensa. At multi ueteris coniunctionis nostræ memores: ignari stultitiæ nouæ: qui in hoc portento nunc erupit inconstantiâ culpabunt meam. Respondebo maledictis ei qui me tam acerbe: & intollerabiliter puocat.

Se excusat suum
immensum
inter cum et
amicum quas
aduenisse pro
mulari in

Multi leuem dicent: q̄ quem prius laudari: nunc tandem carpā. Tacebo. ac maledicere illū sinā? At mortis instar est acerbissimæ ab eo male audire: quem ipse supra dignitatem suam pluribus locis ornari. His igitur ī malis quid potissimū eligā: non satis cōstituere mecū ipse ualeo. Tolerantiā tamen adhuc contra illius rabiem adhibui. Sed q̄diu id facere possim: & hæc indigna p̄peti: icertum est. At unde ista procellas? dices. Vnde turbatio? Vnde irarum æstus? Quod principium? Quæ causa? Qui sones? Odit imortales. Pudet me leuitatem hoīnis referre. Sed tamen aperiendum est: præsertim cum ad te scribam: quem celatum iri nihil oportet. Si causam quæris Poggi: & inītiū huiusce mali: respondebo una cum Ennio. Vtinam ne in nemore pelio securibus cæsa ceci disseet in terram abiecta trabes. Et reliqua. quæ sequuntur. Vna siquidem muliercula Poggi. Vna inq̄ muliercula. & ea ipsa turpissima: causa est illius amantia: de qua dicam breuiter. Tu autem cum legeris hanc epistolam. lacerato: ut etiā illius famæ: quā inīmicissimi consulamus. Ancilla est apud illum & re & nomine Maluenua. Licet ut quondam samnites pro Maleuento: Beneuentum dixeret. Sic iste pro Maluenua. Beneuentam solebat appellare. Hæc dudum Florentiæ cum applicuisset. hospitem queritabat uxore carentem: Fortuna hanc ueluti calamitatem quandam in hunc nostrum impexit. Non tamen ab inītio. Nam primo suscepit illam Ioannes huius frater iunior natus. Et quod illa optabat sine uxore domum adduxit. in cubiculo atq; in famulatu obsceno compluris habuit menses. Habebat hic una cum Nicolao lisdem in ædibus. ita modo: ut coenaculis. & tricliniis habitacula sequestraretur. Mulier per hoc tempus discursari ad Nicolaum. & blandiri familiariter coepit. Quid multa? Cū fratre cubantem mulierculam hic noster seuerus Cato nil ueritus: fraternam in suum complexum: libidinemq; seducit. Hæc tamen ab inītio clanculū erant. Murmura modo & prospectus occulti: & angulorū latebræ quæritabantur. Sed postq̄ blāda consuetudo inualuit. & amor flagitio confirmatus: in diē exarsit: ut iam eius flamma comprimere nequiret: & non per insidias. neq; clanculum. sed palam & aperte mulierem de fratris cubiculo ī suum thalamum abducit. Ex quo tantæ confestim lites sunt consecutæ. ut per singulos ferme dies inter se fratres ipsi digladiarentur. Vicinia autē omnis nō audiret modo nefas uerū etiam uideret. Hic ego quid dicam Poggi? Aut potius quid non dicam? Scio enī me non in iudicio causā agere: ut iudicis animus mihi sit inflāmandus. Sed tamen flagitiū tantum. tam atrox: tam detestabile: qui sine increpatione. præterit honestatis gustum non habere uidetur. Et quid est aliud contēnere diuina simul atq; hūana iura: q̄ miscere concubitus pecudum ritu: omnē sanguinis necessitudinem: omnē propinquitatis nexum detestandæ libidini posthabere? Quis infima ex plebe homo tā sine litteris: sine more: sine honestate: qui icestū aduersus fratrem non abhoret? Quem iste: ut uideri uult: litterarū studiosus: non ueritus est commississe? Quis tam impudens ex infimo ergatulo: qui si id admisisset facinus: non occultum esse uellet? Quod iste palam semper

LIBER QVINTVS

tanquã sui oblitus præse tulit. & miramur: si ea opinio est uulgi: ut litterarum studio dediti: nec deum putent: nec uereantur: cum huiusmodi monstra hominum: falsã opinione pro litteratis habiti: ista contra deum & homines committere non formident. ab hoc tempore Poggi: noster hic amicus uir nullus fuit. Remansit enim apud eum adultera: quam iuniori fratri per nefas abstulerat. In cuius potestate usq; adeo fuit. ut totus ab illo penderet. Amicos & inimicos illius nutu metiret. Deniq; ut Circe illa hospites suos diuersas in figuras cõuertisse dicitur. & alios leones: alios sues fecisse: Sic ista uenefica in hospitiũ: atq; adeo in torum Nicolai recepta: filtris: & ueneficiis hominem exiit: ac belluinam feritatem: amentiamq; induit. Nunquã enim post hoc cessauit cum fratribus: cum amicis: cum familiaribus lites cõtinue exercere. Quiq; illi sunt fratres. Neminem horum alloquitur. De singulis ea prædicat: quã tu de Itariis: & lenonibus erubesceres. Iurẽtium modo habebat inter præcipuos amicos. Illum sic alienauit: ut capitales nunc inter eos inimiciã agitentur. Ego unus supererã. Me quoq; serino dente lacerandum putauit. Cœpit enim iam pridem sic aduersarii mihi: ut palam præse ferret pati non posse. Cclauim carpere: detrahẽre: insectari. Deniq; & succensere. Contentiones audius captare. lites ultro: exposcere: ut manifeste appareret non esse illum: qui prius fuerat. Sed in truculentam aliquam bestiam esse conuersum. Hæc ego & si parũ cernebam præseus: partim a studiosis meis per absentiam dicta suggerebantur: tamẽ conuiuentibus oculis transeunda potius statueram. Sed non limit feritas hominis. ecce enim rursus in furorem ueritur. ac totam funditus amiciciã tollit ex leuissima causa. Quam uide quãso: & cognosce hominis grauitatem. Muliercula: de qua supra dixi: insolens: ac plane uictrix: cum ex fratribus corruales fecisset: uxorem alterius fratris. cui Iacobo nomẽ est: honestam sane: ac pudicam mulierem a fiduis contumeliis agitare cœpit. Cum hæc. aliquãdiu fecisset: ad alios fratres rem Iacobus defert. Illi iã pridẽ ardẽtes odio: & tõe flagitii indignitate cõmoti: nõ ferendam huius petulantiam censuerunt. itaq; facto impetu in Nicolai triclinium: spectante illo: meretriculam capiunt. Tractam deniq; in. uiam: ac dorso impositam: nate sq; nudatam: loris usq; ceciderũt: plaudenibus uicinis: & tota multitudine cõprobante. Ob hanc igitur moestitiã nõ. aliter se multos dies hic noster domi cõtinuit: q̃ si parens illi trucidatus fuisset. Venientibus ad eum consolationis causa lachrymans respondet: ob leuiora iam facinora magnas urbes fuisse submersas. Sequidem nõ prius deliturum: quã sceleratorum fratrum sanguine proprias manus et uentales. Hæc & huiusmodi ab illo dicta partim ridicula: partim iactabunda: & non ferendã stultitiã plena ab iisdem contolatoribus per risum efferebantur. Perdidiisse operam i libris coemundis: uenundãndisq; & insanire hominem omnes clamitabant. Ego uero hæc audiens: angebar animo: & ardebat mens obiurgare hominem pro huiusmodi ineptiis. Naturam tamen eius. & saucium amore aium ueritus: me continebam. Sic. n. res se habere uidebat: ut nec ego alloquens sine graui caltigatiõe: & increpantiõe stultitiã: leuitatisq; sue præteriturus eẽm. Nec ipsũ putabã: quantũ assũq; cõiectura qdam: ob agridudinẽ & luctũ reprehensionẽ

EPISTOLARVM

meam esse laturum. Inter hæc uenit ad me quidam. Dicitq; uehementer admirari Nicolaum: q; cum in tanto luctu suo non adissem. Quid inq; miretur. Aut quis hic tandem luctus est. An q; fratres coquã eius. sit enim malui: q; concubiam: q; ueneficam: q; adulteram: q; meretriculam dicere. castigarunt: ob eam rem consolatum me uenisse ad illum oportuit. quam præstaret inquam has ieprias ommittere. Hæc ego ingenue porro & amice. At ille ubi hæc audiuit: confestim ueluti furis agitatus: in credidibili uerborum obscœnitate in me inuectus est. Postea nihil: nisi inuicem: nihil nisi scelestè: nihil nisi capitaliter de me cogitauit. habes & initiũ: & causam turba o Poggi. Quod ita leue tibi uideri necesse est: nihil ut existimari leuius possit. quid enim quæso in illis uerbis meis dignum uel mediocri indignatione fuit. Indignationem dixi. Immo quid: quod non laudem: & gratiã: Si modo iste compos mentis: si homo deniq; & non bellua esset: & mereretur. Vbi est illa amiciciã: lexa sapientibus perscripta. Monendos esse amicos non modo aperte: sed etiam acriter: si res postulet. Atqui esse poterat ulla res quæ magis seueram amici monitionẽ posceret: quam hominem: qui litteratus: studiosusq; per superiorem ætatem haberi uoluerit: cum nunc amore meretriculæ sic deperire: ut lachrymas & lamentationes istar pueri dimitteret. Vt sine illa sese uiuere posse negaret. Vt fabula uulgi ob illius infamiam factus esset. Porius mihi recto iudicio quis successeat: q; pro re graui: & atroci leuiter nimis molliterq; admonui. Sed quid agas cũ uesano: cum amente: cum furioso: cum eo deniq; quem iam pridem amor: & uenefica obca cassent: cui rationem ademissent: cui nihil reliquissent homini simile: præter corporis figuram. Qui cum leuia ab amico dicta non tulcrit: quomodo grauiã pertulisset. Ego igitur acrimonia abstinens: mitia tantum medicamenta aduersus illius morbum intentauit. Quæ nec ipsa quidem aeger animus: profligatusq; admisit. Sed qui pro leuib; adeo furibunde in me surrexit: quid fecisset pro acritis. Nonne se precipitasset. Non ne in parietem caput incussisset. Et me prouocat maledictis homo stolidus: & insanus. Mito quam indigne: q; immerito: quã nulla ex causa contra amicum: contra familiarem: contra illum: qui pluribus cum locis litteratum suarũ honorarit. Mito inquam ista: atq; prætereo. Sed an usq; adeo demens factus est: ut nec sese: nec imbecillitatem suam recognoscat. Qui nunquã uerba duo latina ob inscitiam linguæ: stuporemq; cordis: at eneruatam adulteris mentem coniungere potuerit. Is me prouocat maledictis. Nescio an in hoc uno plus insania conspicua fiat: quã in cæteris omnibus erratis. Quem ego nisi me respectus superioris amiciciã tenuisset: iam trãsfixum uerissimis maledictorum iaculis tradidissem infamiã hominum sempiternã: præsertim cum tâta sit in eo ubertas materiæ: nulli ut decesse possit oratio. Vt autem ad te Poggi reuertat habes rem totam: ut uerissime gesta est. De qua si recte iudicare uolueris: multa sunt in illo quidem: quæ nõ condempnes modo: uerum etiam detesteris. In me aut quid reprehendere quisquã possit: non equidem intelligo: nisi forte patientiam namiam. Sed ego certa ratione id feci. Vel contemno hominem præsertim insanum: & furem. Vel quia rationem habere malui superioris amiciciã: quã iusti doloris mei. Id uero difficilius

mibi

LIBER QVINTVS

mihî fuit: q̄ ille nihil penli habet: nullo respectu superioris coniunctionis retinetur. Sed in maledictis continue perseverat: ut uerear iam: ne lentitudo ista mea ad ignauiam: & socordiam mihî imputetur. Tu es primus: ad quem de his rebus scripserim. & hoc excitatus litteris tuis. Nam ipse tacere constitueram. q̄ si tandem reiecta patientia: gladium orationis in hunc prouocatore[m] strinxero: Faciam ut omnes intelligant quantum sibi lucrum fuerat in istam dimicationem non descendisse. Vale.

Leonardus aretinus Ad summum Pontificem.

Quam litem Beatissime Pater secretariis beatitudinis tuæ: per aduocatos concistoriales moueri audio: in progressionem: pompaq; solenni: de cohærentia pontificis contendentes. Ego igitur tanq̄ clamore excitus: accurro. Ac locum defendere meum pro uirili propero: Rationes colligens: quæ pro iustitia nostra contra illorum iniuriam facere uidentur. Primum igitur incipiam ab eo: quod obseruantiam consexi. Memini me quidem tribus coronationibus romanorum pontificum intersuisse: Gregorii: Alexandri: Ioannis: in quibus omnibus aduocati nobis præire iussi sunt: quoniam in remanendo honos habebatur. Idem quoq; ceteris progressionibus seruatum uidi. Quâ ob rem magnope quidem admiror: cum mos: & consuetudo hæc ita fuerit quid nunc noui impellat ad illa tractanda. Neq; enim illud ut credam: adduci possum: eos scilicet moueri. q̄ secretariorum: qui nunc sunt: personas contemnant. Habet enim: quod sine arrogantiâ dictum uelim: officium hoc excellentissimos quosdam uiros: & scientia: & doctrina: & eloquentia præstantes. De quibus etiam gloriari sedes. ro. possit: qui non recusabunt: si contemni se sentiant: in comparisonem illorum deuenire. Enim uero personas secretariorum nequaquam contemnunt. Sed officii dignitate se præferendos autumant. Et de hoc uno controuersia est: non de scientia. Nec de uirtute hominum: sed de officiorum præstantia: atq; dignitate. Si ergo officiorum ipsorum inter se comparatio quædam: & quasi contentio faciunda est. & utrum eorum sit dignius: quod pontifici adherat: quærendum. Idq; unum in iudicium uenit. Redeo ad id: quod primo loco posui: usum: & consuetudinem iam pridem receptum esse: ut secretarii præferantur. Quod nec sine causa probabili factum: existimare debemus. Deinde si ommissa consuetudine: officia per se considerare uelimus: reperiemus secretarios de sua natura pontifici adhærere: Aduocatos autem longe disinctos esse. Neq; enim latere nos debet: quia secretarii: pontificis sunt secretarii. Aduocati autem non pontificis sunt: sed litigantium aduocati. Atqui id permagnum quiddam est & quasi totum in præsentem iudicio. Nam cuius quisque est: ei natura cohæreat necesse est. Apparet autem secretarios pontificis esse. Aduocatos uero litigantium Ex quo fit: ut alter suus pontifici re uera sit: alter extraneus: & impertinens. Veritas ergo ipsa subtiliter intuenti ostendit secretarios e sinu quodammodo pontificis esse. Illiq; uelut membrum inhærere. Aduocatos uero longe disinctos esse. Ego

Hec epla contem-
tiam que est m
secretarios pon
et aduocatis
sistoriales: co
secretarios n
progressione
pompa solen
neret in hono
loco et aduo
precedere a
remanendo
habebatur

EPISTOLARVM.

igitur in pompa: progressuq; solenni eum: cuius secretarius sum: pontificem sequor. eique ut ratio dictat inhæreo. Tu uero eos: quorū aduocatus: litigantes sequare. Illisq; inhæreas. Qui cum nullum omnino locum in solenni progressu obtineāt. nec tu forsā: si recte iudicetur: obtinere debes. Et tecum bene agi putare: si non omnino repellaris. Medium autem interponere te inter pontificem: & secretarios suos: nec rationabile sane: nec tolerabile est. Vis igitur: & natura utriusq; officii alterum inhære: alterum disiunctum esse ostendit. Quid autem nomina? Non ne hoc idem probant? Et quis non uidet secretariū nomen: penetralem quandam cognitionem rerum pontificis dicere: maximeque coniunctā: & coherentem designare personam? Aduocati autem nomen: longinquum hominem: alienumq; significat. Cum enim tres in iudicio personæ necessario uersentur: iudex: actor: & reus: horum nullus est aduocatus: sed est alienus quidā ab actore uel reo mercede conductus ad litigandum. Qui q; ab alio: cuius lis erat: uocatur: aduocatus appellatus est. Quæ igitur huic homini coniunctio sit cum pontifice: qui ad rem alienam: & priuatam: non a pontifice adhibetur: sed a litigatore conducitur: cuius etiam munus hoc postulat: ut longinquo clamore pontificem alloquatur. Secreto autem affari: suspiciosum sit. Quid ergo est aliud confundere: perturbare officiorum munera: deicere a capite membra: q̄ postulare ut secretarij procul a pontifice summoueantur: aduocati autem in propi quo consistant? Ut quibus secreto loqui expediat: in longinquo sint. Quibus clamore uti cōueniat: ii lateri cohæreant. At dignitate præstabilius ē aduocatoꝝ officii. Immo nec secretariorū dignitati par. Sic enī cogita. Res curiæ: ut mihi uideatur: bifariam diuiduntur: In litigiosas scilicet & quietas. Cumq; de sui natura quietæ sint res litigiosas præferendæ. Litigamus enim ut quietem nanciscamur. Aduocatorum officium in iis rebus uersatur: quæ molestias & lites & odia continent. Ex iis enim pabulum quærit. & quasi alitur aduocatorum opera. Secretariorum uero in paccatis: tranquilisq; rebus magis uersatur: quæ proculdubio litigiosas sunt digniores. Est igitur ratione subiecti secretariorum officium dignius: ac præstabilius. Præterea lites omnes odibiles sunt. Partibus uero nonnunq; necessariæ: aduocatis uero nunquam: Ex quo fit: ut sponte lites & odia sectari uideantur. Quod nec honestum sane: nec gloriosum est. q; si decretales epistolas: & rescripta pontificum aduocati allegent. & q; in illis cognoscendis: interpretandisq; uersentur: ideo se præferendos putent: meminerint quælo decretales illas: atq; rescripta secretariorum dictata esse: atq; composita. Quæ enim tu aduocate legis: Quæ interpretaris: ex quibus argumenta detorques: quorum sententiā admiraris: ea inq; uerba omnia secretariorum sunt. De nostris uos manibus fundamenta ipsa officii uestri percepistis. Nos uero nihil a uobis percepimus. utrū igitur officium dignitate præcellit? Id ne: quod tradit alteri: atq; præscribit. An id quod suscipit: atq; obseruat? Insuper id officium dignius est existimādū: quod cum maiori congruit dignitate. Secretariatus autem officium cum episcopali dignitate concurrat. Nec eam dedecere uidetur. Fuerunt iam pridem profecto

LIBER QUINTVS

& alii permulti: Sed nostra ætate Franciscus Arretinus episcopus: & Bartholomeus cremonensis. etiam postq̄ episcopi facti sunt: in officio secretariatus perseuerarunt. Aduocationis autem officium episcopalis dignitas despiciat: atq; abhorret. Nec decere episcopum ullo modo uideatur. An igitur dubium est: quia secretariatus officium & honestius: & dignius sit existimandum: cum episcopalis excellentia: quæ maxima est: hoc non dedignetur: illud despiciat? Diximus de præstantia dignitatis: qua proculdubio præcellere secretarios docuimus. Nunc autem de commoditate pauca dicenda sunt. E quidem sic existimo multa interdum ita constituta fuisse: ut ad commoditatem haberetur respectus. Neque enim possunt res agenda: præsertim ingentes & multæ: nisi certis commoditatibus expediri. Est aliquis: qui secreta pontificis excipere debeat: hic propinquus ad sit. Vultum eius intueatur. Nec uerba modo: sed nutum etiam præstoletur. Est aliquis: qui pro litigatoribus proponere: ac loqui ad pontificem palam debeat: hic inter litigatores suos consistat. Ab iis rem crebro audiat: atq; doceatur. neq; pontifici hæreat: cum eius cohærentia inutilis sit. & alios impediatur: qui utiles esse possunt. Hæc dispositio: atq; hic ordo in rebus constituendis: semper ualuit plurimum: & ualere debet. Videmus notarios papæ antiqua consuetudine hoc uno respectu: episcopis esse prælatos. Non enim dignitate: ut antecedant episcopos receptum est: Sed commoditate. q̄ si sacros pontificis affatus excipere: illiusq; iussa mandare litteris solerent. Vnde notarios appellatos constat. Si ergo horum officium: ut uidemus: obsoleuit: nihilq; præter nomen inane illis relictum est. Secretarii autem illorum uicem subierunt: eaq; apud pontificem gerunt: quæ ab illis gerebantur: eadem patientia ferant aduocati secretarios sibi honore anteferri: qua episcopi notarios dudum antelatos sibi pertulere: præsertim cum episcopalis ordo dignitate longe superet notarios. Aduocati autem dignitate non superent secretarios: immo nec pares illis sint. & commoditatis ratione: ut probauimus superentur.

Leonardus Guarino salutem. d.

Varine uirorum optime: addo etiam doctissime quic nunc tibi respondeam: aut quo pacto tarditatem hanc meam: & procrastinationem excusem? Occupatum fuisse me? Quæ fuerit occupatio tanta: per quam facultas non fuerit respondendi? Alieniore in fuisse animum? Testor deum te mihi semper in primis carissimum fuisse. q̄q̄ conati sint quidam contra moliri. Quid ergo fuit? Nihil protinus: nisi mos quidam meus ad scribendum tardior. Tu ergo feres æquo animo me fecisse idem in te: quod in cæteris facere carissimis soleo. Duas a te epistolas habeo. Vnam peruectorem de controuersia malce uolorum qui mos inuicem conflictare nitentur. Alteram beniuolentia: & gratulatione refertam pro hac noua dignitate mea. De prima hoc dicere mihi licet: factum esse te: ut quidam homines: qui fauorem tuum suis indignissimis oculis prætexebant: molestissime nos comparando: ita me contemnerent: atq; deprimerent: ut tibi ipsi si affuisses: qua probitate es: dolor & fastidium gigneretur. Non possu

ibonitui

negare me indigne tulisse. Sed tamen aduersus illorum improbitatem multa per me. aduersus autem dignitatem tuam nihil dictum fuit. Quam moderationem laceffito: præsertim non semel: sed per dies singulos difficillimam esse sentiebam. Sed hæc: ut iam antiqua sunt: sic etiam antiquari facillime patior. Itaque totam huiusmodi controuersiam præterire: ac mandare silentio libet. De noua ista dignitate quæ gratularis: est id quidem amoris: & beniuolentiæ: tuæ. Rem tamē scito molestissimam: & contra quam optarem mihi contigisse. Neminem credo tantum adhibuisse conatum pro honore adipiscendo: quantum ego adhibui: ne mihi mandaretur. Sed quoniam uoluntas ciuitatis nostram diligentiam: & repugnantiam superauit: dedimus tandem manus: ne aut superbi nimium: aut ingrati uideremur. Vita tamē beciosa illa litteris & studiis intentata iucundior erat mihi: atque tranquillior: quam hæc negociosa & ciuilis. Sed patriæ uoluntati parandum fuit: cui neque repugnare ad extremum neque refragari contumaciter debemus: ut Socrates in Critone sapientissime docet. Id ergo nos fecimus ad tempus præfinitum: ne forte abiecissemus nos omnino propositum illud **primum existimes: Vale.**

Leonardi Arretini Epistolæ familiarium Liber Quintus finit.

Eiusdem Sextus Incipit. Leonardus Salutem Dicit Marrasio siculo.

Ons quidam: si fabulis picturisque credimus: esse perhibetur: in quo senes demersi: inuentam recipiant. Optandissimæ profecto sunt: quas operæ precium sit de hibernia approbanam: usque peregrinando disquirere. Sed aliis quidem ubinam gentium reperiantur: inuestigare sit cura. Mihi uero tu nunc carminibus tuis mirabilissimi fontis latices: ut uere dixerim: superfudisti. Inuenescere profecto me sensi statim: atque illa perlegi: grauioribus deposita ætate adiuuentam reduci. Natura hoc fieri dicamus: an alia quapiam ratione: ut in eorum affectuum: quos attente inspicimus: similitudinem traducamur: quod in risu: & fetu licet inueniri. Te igitur amantem inspicens: ac toto affectu effuse loquentem: dispeream ni ipse quoque amare inceperim. Sed ante omnia illud discutiendum est: quod de furore scripsisti: ingens. Indulgere uelis nostro arretie furori. Id alius forsan aliter. Ego certe sic accipio: quasi laudis furor sit: non uituperationis. Sunt. n. furoris: ut a Platone traditur: species duæ. Vna ex humanis proueniens morbis: mala profecto res: ac detestanda. Altera ex diuina mentis alienatione. Diuini rursus furoris partes quattuor: uaticinium: mysterium: poesis: & amor. His uero deos totidem præesse ueteres putauerunt. Nam uaticinium Apollini: mysterium Dionysio: poeticam musis: amorem Veneri tribuebant. Et uaticinium quid tandem? Nemo fere qui modo quicquam legerit: ignorat. Est. n. diuinationis quædam. Sed non omnis diuinationis uaticinium est: Sed illa tantummodo. Magnam cui mentem: animumque Delius inspirat uates: aperitque futura: Vt maro iquit. Nam aruspices: & augures: & coniectores: ac cætera huiusmodi

enti furor su-
ere probat furor
Laudis et virtuti
duas est furoris

et spūs furoris
et diuini

butromis

LIBER SEXTVS

iusuoi cura: nec uates ipsi quide sunt. nec eoz opus uaticiniu e. Sed sanoru ho
 minu prudentia: & igeniosa reru futuraru coiectatio. Mysteria uero circa religi
 onē: expiationesq; & ppitiationes diuini numinis uersant: cu uehemētorī q
 dā mentis cōcitatione: qualia in sacris libris pmulta ad placandā celestē iram q
 busdā suppliciis factitata legunt. Poema quoq; eandē fere determinationē reci
 pit: quā & de uaticinio supra dicebamus. Nō. n. omne opus poema ē: ne si uersū
 bus qdē constet. Sed illud præstans: illud hac honorata nūcupationē dignū: qd
 afflatu quodā diuino emittitur. Itaq; quanto uaticiniū cōiectio dignitate præ
 stat: tātō poema: quod ex furore sit: sanorū hominū artificio est anteponendū.
 Hic illæ sunt a bono poeta: quasi uesani hoinis emisse uoces. Vnde Iubetis ire
 dea: & Virgilius. Dicā horrida bella. Dicā acies: actosq; animis i prælia reges:
 Tyrenamq; manū: totamq; sub arma coactam Hesperia. maior rerū mihi nasci
 tur ordo. Maius opus moueo. Quod totū uaticinantis more platū est a poeta.
 Quid ergo uaticiniū: quid mysteriū: qd ue poema mihi dictū sit: De amore aut
 postea dicem. Nūc aut illud ostēdēdū ē has furoris species: de qbus supra dixi
 m: nō eē malas. Primū. n. ut a mysteriis icipiā q; alienationē istā: ac furor ē: & q
 si abstractionē raptūq; hoinis circa rē diuinā dixerit eē malū: Quis uero nō bo
 num: atq; laudabile: Amplo me i loco uersari sentio. Extant. n. exēpla pene innu
 merabilia diuinorū hominū: si forte liberet hac in parte orationē extendere. Sed
 plixitatē i re conspicua reiiciendā cenleo. Circa mysteria igit furorē nō esse ma
 lum cōstat. Quid aut uaticiniū furorē: Illud nō esse malū: uel ex eo patet: q; bōa
 pmulta ab illo proueniūt. Sibylla quoq; & huiusmōi furentes qdem dū essent
 publice & priuatim multū pfuere. Sanæ uero exiguis aut nullis. Poetæ quoq;
 tunc demū boni existunt: cū suo illo corripunt furore. Qua de causā uates eos
 nuncupamus: quasi furore quodā correptos. Qui uero absq; furore musar: poc
 ticas ad fores: ut inquit Plato: accedit: sperans qsi arte quadā poetā se bonū eua
 surū. Inanis ipse atq; eius poesis: præ illa quæ ex furore ē. Hæc q; ex prudētia di
 sperdit. Poetarū ergo furor a musis est. Amantiū uero a Venere orit aut hic ex
 ueræ pulchritudinis cōtemplatiōe: cuius effigiē uisu ituentes acerrimo: ac uiolē
 tissimo sensuū nostrorū stupentes: ac uelut extra nos positi: totis affectib; i illū
 corripimur: Vt nō minus uere q; eleganter dictū sit. Amantis animā i alieno cor
 pore uitam ducere. Hæc igitur uehemens occupatio animi atq; correptio: amor
 uocatur. Diuina quædam alienatio: ac uelut sui ipsius obliuio: & i id: cuius pul
 chritudinem admiramur: transfusio. Quem si furorem: ac uesaniam appellas: cō
 cedam eqdem: atque fatebor: dūmodo itelligas neque poetā bonū esse ullū pos
 se: nisi huiuscemōi furorē: neq; pfecte atque eximie deū colī: nisi p huiusmodi mē
 tis alienationē. De furore igitur hæctenus mihi dictum sit prouocato uerbis tuis
 Equidē si talis est furor tuus: qualem ipse modo descripsi: nō modo idulgeo illi:
 quod me flagitas: uerum etiā ultro te ad illum cohortor. Qui. n. amorē uitupe
 rat: quid tandem dici pōt: nisi dignum esse illum: qui extremo in odio concto
 rum uersetur: Sed hæc satis: in epistola præsertim: quæ longitudinem reuuit.

quid sit myster

Quid sit poema

quid sit amor

quid sit amor

EPISTOLARVM.

Carmīna uero ipsa tua: atq; hanc scribēdi amoenitatem usq; adeo probo: ut inter Nalones: & Propertios: & Tibullos te existimem collocandum. Hi enim emendatissime: ornatissimeq; omnium elegiam scripsisse putantur. Sed unum scias uolo me non tam tibi eximiam hanc palmam esse tribuēdā existimare: q̄ amorī Ille est enim qui uerba tibi dīctat: qui sententias ostendit: qui uarietatē: & copiam: & elegantiam sumministrat. q; uero me tantopere laudas carminibus tuis: fateor idem mihi: quod Themistocli euenire. Sed non ego credulus illis. Nam conatum esse me: atq; conari: Cæterum longe abesse. Tu uero nequaquā adulatum sed beniuolentia mei deceptū intelligo. Vale: & quotidie scribere aliquit: ut facis dignum amorē & musis ne cesses. Gloria quippe agendo: periclitandoq; acquiritur. Nec spectantibus coronæ: sed certantibus parantur. Iterum uale.

Leonardus arretinus ad Reuerendissimum Dominum Cardinalem.

Sanctę Crucis.

Gouero gratias habeo patri Cartusienlis coenobii: qui desyderatas mihi reuerendissimę paternitatis tuę litteras detulit. Nā ad eā usq; diē nullas omnino habuerā. Ex litteris. uero ipsis sūmā equidē suscepi uoluptatē: cū q; munusculū illd̄ fati pbatū sapiētissimo: grauissimoq; iudicio tuo p̄spexi: tū & q; laudes quædā ierāt: & cohortatiōes ad cætera obeūda. Ego igit̄ tāti uiri iudicio cōfirmatus: nō penitus inanē posthac fore operā meā: si qd̄ forsan mādare litteris aggrediar: existimabo. De Stephāo aut̄ arretino necessario meo quę dignata ē reuerēdissima paternitas tua ob litteras meas iter domesticos repeterē: summās ago gratias. Et certe: nī talē nouissem illū: qualē mundicię integritasq; domus tuę flagitat: nunq̄ de eo uerbū facere ausus essem. Illi profecto sat erit apud tantū dominū inter bona probatissimę disciplinę exempla educari. Quem & si non expediat: tamen ipsum reuerendissimę paternitati tuę totis affectibus rēcōmendo. Florentiæ idibus aprilis.

Leonardus salutem dicit Poggio.

Nil opinor me iuuissent cōmētaria illa tua de bibliothecis germanorū eruta: ad uitā Aristotelis cōponēdā. Hoc. n. ip̄m: quod tu magnifacere uideris: triennio uidelicet ī disciplina Socratis illū fuisse prius: q̄ Platoni se traderet: p̄ ridiculū eē scito Socrates. n. ut tēpora ipsa ostēdūt: aliquot prius annis obierat diē: q̄ Aristoteles nasceret. Quomō igit̄ discipulus eius eē potuit: q̄ nō erat? Nec ego id ipsum: quod tu scribis: ignorabā a quibusdā parę eruditis traditū. Legerā nanq; & ipse huiusmōi ineptias. Sed q̄ falsum sciebā: penit̄ reiciundū putauī. Ad octogesimū ætatis annū Plato uitā perduxit. Eo adolescētē Socrates ex damnatione illa nefaria ueneno interiit. Aristoteles autē longe postea Platoni iā plane senī: & maiori sexagēario cohæsit. Inter supremū uero Socratis diē & Aristotelis exortū āni circiter. xiiii. iter fuisse cōpiunt. Huic ergo scriptori tam manifeste deliranti: ego aut de platonis statua: & epigrammate: aut de cæteris fidem prestēm: q̄q; de statua quidem & si maxime uerum foret: uulgarior tamen ea res est q̄ ut litteris mandari expediat. Non, enim omnia in describenda uita sunt

*latio profa
in hunc
alis recepto
q̄ scriptis oris*

LIBER SEXTVS

sunt congerenda. Sed illa dumtaxat: que notatione sint digna. Statuas uero philosophorum usita:issimū fuit discipulos habere. Vnde illud ē quasi poetæ irridētis. Quāq̄ plena omnia gypso.

Chryssippi inuenias. nam perfectissimus horum.

Siquis aristotilem similem: uel pitthacon emit.

Et iubet archetypos pluteum seruare cloantas.

Et Cicero: Propter statuam Platonis cōsedimus. Hæc igitur dixisse uelim: quo intelligas me lente admodū: & morose singula cōsiderasse: quæ in illius uitā cōieci. Ne quicq̄ ponere uoluisset: quod aut falsum: aut leue: aut ineptum censueri De Plinio aut q̄ postulas: nūc fieri nō pōt: qm̄ id uolumē apud quēdā ex familiarib⁹ exēplū scribenti p̄bet Vale.

Leonardus. C. Lucensi.

Equum fuerat egregie uir: siquid a me per litteras tuas querebas: expectare responsonem. Non autem & quærere simul: & tibi ipsi respondere. Quæstio nāq; omnis de re dubia consueuit esse. Terminato autē certitudinē flagitas. q̄ si hæc licētia hominibus tributatur: ut & narrent ipsi rem suo arbitrato: & falsa pro ueris: incognita pro cognitis asserant. Deinde ipsimet sententiā ferant: que auctoritas erit huiuscemodī iudicio: quod non merium causæ: sed libido expresserit. In quo idem accusator: & iudex. Verus. n. iudicium: ordo: q̄ personas distiguit: ut sit alius accusator: alius defensor: alius iudex Cōtrouersia uero omnis fere litigātib⁹ ē aut facti aut iuris. Si de facto ābigitur: tabulis: testibus: signis argumētis: cōiectura probatur. Sed de iure: æqui uel ini qui ratio in medium uenit. Sed ante omnia factum discutiatu oportet. Frustra nempe de iure: quæritur: ubi factū non constat. Hæc uides communia sūt. Nūc ad nostra regrediamur: ut intelligas de quibus conueniat inter nos: & de quibus aduersemur: & cernas q̄ multa desint ad ueritatem conclusionis tuæ. Non potuisse salua fide contra Paulum Guinifium inferri bellum a florentino populo. Dicis cū esset idem ipse pro adherente eiusdem populi in pace nominatus. Nos autē nominatum confitemur. & tamen salua fide bellū sibi inferri potuisse affirmamus: Hæc igitur prima quæstio iuris ē: q̄ tu p̄ huiusmodī nominationem remitti priores iniurias: & obligatiōem inter nominantem: & nominatū oriri existimas. Nos rem inter alios actam: nullā huiusmodī uim habere putamus. Hæc igitur iuris. Facti uero illa: quæ sequuntur. Tu occultis insidiis: & dolosis simulationibus usum florentinum populum i hoc bello inferēdo calumniaris: Nos nullū protinus dolū: nullā simulationē: nullas insidias in illo fuisse: certissime scimus. Tu non denūciatum fuisse bellum prædicas nos. Per philippum. qui & uiuit: & testimoniū perhibebit: denunciatum fuisse affirmamus. Hæc & huiusmodi: de quibus controuersia est: prius a te probanda erant: postea lamentanda. Nisi. n. facta hæc ostendis: & illa superiora fuisse iniusta probes: nulla tibi de iis aut querella: aut exprobatio iusta esse potest. Sed tu nec ista: quæ sūt facti: nec illa: quæ sunt iuris ullo mō probas: sed ex nuda simpliciq; narratiōe concludis. Hoc igitur primū in litteris tuis non probo. Deinde illud uehemēter reprehēdo

fructus en qui
distinctione
cognitione
facti improbi
factum fuit
bello florentino
Guinifium

EPISTOLARVM.

q̄ aut te aut me rebus populoū admisceas: quasi nostræ sit censuræ illos corrigere: ac non potius arrogantia: uelaniaq̄ haberi debeat homunculum unum ex se ipso nemine deferente: tantis de rebus iudicium sibi assumere: præsertim inaniter. Quid. n. quæso nostra hæc censura proficere potest ne fiant Ad facta sūt. Ut corrigantur: Vnde hæc cēsurā nobis: Frustra autem niti: nec aliud se fatigādo: nisi odiū quærere: extrema dementia est. Ego tamē inuitus licet: quoniam me puocas: defensionem scripsi: quam tibi mitto. Et quia de re populi agitur: popularibus uer bis uti placuit: & populi ipsi: quorum causa agitur: non ab interprete sed ex seipsis intelligere possint. Videbis autem in tractatione ipsius cause: q̄ in digne: leuiterq̄ profulueris ad rem tibi non satis notam reprehendendum. Florentiæ. vi. idus Ianuarias.

Leonardus Poggio Salutem.

R Es protinus risu digna mihi nuper occurrit: dum iter facio in agrum arretinum. Offendi. n. boues plostra trahentes: anhelantesq̄. In plostris colūnæ uehebantur marmoreæ: & statuæ duæ non satis labrefactæ. Basæq̄ & arculi: & hiperstilia. Casuq̄ in saltus dffíciles coniecta plostra expediri non poterant. Circūstabant uero redemptores cum dolabris purgantes iter: adiuuantesq̄. Tunc ego nouitatem rei admiratus. Neq̄. n. plaustra per eos saltus traduci: neq̄ marmora importari cōsuerant. accessi propius & percunctatus sum qd rei esset: & quonā illa tā molesta onera deferrentur. Tum unus ex redemptoribus me aspiciens: ac simul manu sudorem a facie abstergens: pertesus credo laboris: ac secum ipse indignās: Dii perdant inquit poetas omnis: & qui fuerunt unq̄: & qui futuri sūt. Egoq̄ hoc eius responsum audies: qd tibi cū poetis ē inq̄: Aut qua tandē in re tibi molesti fueres? In eo inquit: q̄ hic poeta. qui nuper defūctus ē: stultus nēpe homo: atq̄ uentosus: sepulchrum tibi fieri marmoreū imperauit. Ea q̄ de causa marmora hæc montepolitianū deferuntur. Sed credo perducī nunq̄ poterunt difficultate uiarū. Et ego uolēs clarius intelligere: quid ais inq̄: An mōtepolitiani poeta quisq̄ decessit? Nō tibi inquit: sed romæ. Sepulchrū tamē in patria faciundū tibi testamento prouidit. Atq̄ hæc ē imago eius: quam cernis. Altera uero parentis: quam iuxta se collocari iussit. Tum ego de patria: & de obitu coniecturam faciens audierā enim nuper quendam Bartholomeū montepolitianensem romæ interisse: pecuniarumq̄ nescio quid reliquisse interrogauī redemptorem num de eo loqueretur. Illeq̄ hunc ipsum esse annuit. At enim inq̄ cur tu poetis ob hunc asinum maledicis? An tu illum poetam credis fuisse: q̄ nullā neque sciētiā: neque doctrinā cognouit? Stultitia uero: ac uāitate oēs omnino homines superauit. Nō noui inquit illū: dū uixit. nec. eū nominari unq̄ audiuit. Sed oppidani quidē sui poetā illū arbitrantur: & si paulo plus pecuniarum reliquisset: deum putarent. q̄ si non fuit ille poeta: nec maledictum poetis uelim. Atque ego tunc abiens: considerare mecum cœpi redemptoris uerba: quā stultum hominem: atque uentosum dixerat eū: qui romæ decedēs: marmoreum in patria tibi fieri sepulchrum imperasset. Re. n. uera sic est. Nemo qui

glorie

contra quendam
sepulchrum qui
in sua p̄ta
non ferimur
in sua uoluntate

LIBER SEXTVS

gloriæ suæ confidat: de sepulchro sibi faciūdo unq̄ cogitauit. Operum .n. laudabiliū fama: & claritate nominis cōtentus: satis ob hoc ipsum posteritati sese putat commendatum. Quid enim sepulchrum mutares i uuare sapientem potest? Aut qd uilius: q̄ sepulchrū memorari: uitā sileri? Tres emineñtissimi impatores uariis seculis: fuisse referūt. Cyrus: Alexāder: Cæsar: Quorū Cyrus qui fuit antiquior: nedum sepulchrum insigne apeterit: Sed testamēto mandauit nullū sibi sepulchrum constitui: Sed terra humari. Affirmans terram flores perdere: & segetes: & arbores amœnissimas: preciosissimaq; efferre. Nec ullam generosiorē sepulchri materiā reperiri posse. Itaq; nuda i humo sepelire corpus suū iubet sine ullo peritus marmore: aut structuræ monumento. Recte quidem Virtus enim illius & facta egregia perhennem sui memoriā pollicebātur futuram. Bella quippe ^{mexica} singulari fortitudine: industriaq; confecerat. Victorias plurimas gloriosissime reportarat. Imperium mœdis ademptū in perlas transtulerat. Ipse uero mirabili sapiētia præditus: uitaq; & moribus: ut ita dixerim: ciuillissimus. optimis legibus: ac sanctissima disciplina partim a se imperium cōmunierat. Ex quo Cābisæ: & Ochi: & Xersæ: & Artaxerxæ: & Darii longissima ac potētissima successione regnarūt. Hic ergo tantus & talis imperator humi sepeliri uoluit. Marmor autem parium: aut numidicum lapidem non quesuit. Eadem in Cæsare & Alexādro mens fuit: quorum neutrum de sepulchro sibi faciēdo uidemus cogitasse. Facio cōtumeliā sūmis uiris: quos in reprehendendo hoc uilissimo hoīe testes adduco. Sed tamen si excellentissimi uiri hāc uanitatē ambitiosam cū laude uitarūt: q̄tum in hac fecē hominis hæc est superbia deridenda. Tu marmora tibi ex longinquo portari: tu sepulchrū fieri: & statuas tibi ipsi collocari testamento iubes. Quo merito quaeso? An sciētia: quæ in te nulla fuit? An litteris quarū uix quattuor tenebas? An uita: & moribus: qui leuissimus: ac singulari stultitia plenus: nihil consilio: concta uero temeritate: uetaniaq; prosequere bare? Verum .n. si non mores: at genus illum honestat. Dignūq; & statua: & sepulchro marmoreo facit. Natum ex parte ^{patri} mercatore circumforaneo: auia obstetrice: matre fanaticā. An propter pecūnias sub terra absconditas: statua dignum te ipsum censebas: hoc suberat unum uidelicet. Veruntamen has ipsas pecūnias pontifex post mortem tuam: cum illæ tandē in lucē uenissent: ut sibi a te furto subtractas reposcit. Quid scribes. quaeso i sepulchro? Quæ acta? Quas res gestas insigniri facies: an pater tuus ut asinos: & merces circum nūdinās agebat? an auia ut editos in lucem partus tollebat: puerperis ancillabatur? an mater ut infans soluto crimine uolubabat? an tuiple ut pecūnias furtim cumulabas? an pontifex ut eas pecūnias reposcebat? Hæc est summa rerum tuarum. Hæc est gloria tua: atq; tuorum: que talia sunt: ut si modo quicquam sceres: si non ut in omni uita: sic etiā moriens stultitia ac temeritate delatus esses: testamēto cauisses ut tui olim pecūnias: sic etiā te tui sub terram absconderent: nerisus. & querellæ materiā hac tua sepulchri uānitas: & ambitio exhiberet.

Leonardus nicolao strozæ salutem.

EPISTOLARVM.

*de fudere mpute
imitatur deone
autam pertinet
tam boni e*

Eherenter me delectarunt litteræ tuæ: quas nūc primū ad me scripsi-
 sti. ferebāt. n. præ se & naturā præstātissimā: quod ē ingenii. & discipli-
 nā uigilantē: & sollertē. quod est studii: ac diligentia. Itaq; mihi conti-
 git ætatē istam tuā: & sensum earum litterarū cōsiderāti: ut admirabilis quædā:
 ac plæ supra ānos hæc tua maturitas uideretur. Nec uereor si modo tibi ipse nō
 deeris: præcellentissimū te uirū esse euasurum. Quam ob rem inuigila quæso ac
 per singulos dies adde insuper aliquid: & accumula: consyderans permagna in
 iis. Studiis præmia tibi esse ppositā ad constitutionem uitæ: ac nominis celebra-
 tē & gloriā. Hæc duo. crede mihi: & opes amplissimas cōsequetur: quæ celebri-
 bus uiris: ac uirtute expolitīs: nūq̄ uolētib; defuere. Habes præceptorem exi-
 miū: cuius imitari diligentia: & assiduitatem debes. Studiū uero tibi sit duplex.
 Alterū in litterarū peritiā non uulgari ista: & cōmuni: Sed diligentiori quadam
 atq; recōdita: i qua præcellere te magnopere uolo. Alterū in cognitionē earū re-
 rum: quæ pertinent ad uitā: & mores. Quæ propterea humanitatis studia nun-
 cupantur: q̄ hominē perficiant: atq; exornent. In hoc genere uaria & multiplex
 & undecūq; arrepta sit tibi cognitio: nihil ut prætermittas: quod ad institutionē
 uitæ. quod ad decus: quod ad laudem pertinere uideatur. Sed eos legas censo: q̄
 nō solū doctrina: uerū etiam uirtore orationis: ac pitia litterarū iuuare te possint:
 Quales sunt Cicerōis libri: & si qui pxime accedūt. Si tamen me audies: funda-
 menta: disciplināq; harū rerū Ab Aristotile perdisces. Ornatum uero orationis:
 & copiā: & omnis uerborū diuitias: sermonisq; ut ita loquar: dexteritatē: in iis ip-
 sis reb; a Cicerone mutuaberis. Volo nāq; præstātū uiro hoc adsit: ut & scientiā
 rerū habeat abūdante & ea ipsa quæ scit: illustrare dicendo: & exornare possit.
 Hoc autē facere nemo ualebit: nisi q̄ multa legerit: multa didicerit: multa undiq;
 decerperit. Itaq; nō modo a philosophis doctus: qd̄ est huius studii fundamētū
 Verum etiā a poetis. & ab oratoribus: & ab historicis paratus ueniat: oportebit:
 ut copiosa & uaria: ac nulla in rerudis sit sibi oratio. Brevior sum in his explican-
 dis: quoniā noui te illa legisse: quæ de studiis & litteris alias a nobis scripta fue-
 re. In quibus formā huius disciplinae uel expressimus nos qdem: uel certe adū-
 brauimus. Hæc uero præstatiā: si tu quem admodū spero nanciscare. quæ nā di-
 uitæ cum horum studiorum præmiis fuerint comparandæ? Licet enim iur-
 is ciuile studiū uendibilius sit: utilitate tamen & dignitate longe ab istis stu-
 diis superatur. Nam studia qdem ista ad faciendū uirū bonum tota contendunt
 quo nil utilius excogitari potest. Ius autem ciuile ad faciendū uirum bo-
 num nil pertinet. Quid enim bonus uir de aqua pluuiālī arcenda: aut de pē-
 dinis cognoscendis laboret? Aut qui melior erit quis si partum ancillæ infru-
 ctibus esse censeat? Quinetiam bonis uir & legata persoluet: & mandata
 testatoris adimplebit. etiam si septem testium solēnitas testamento defuerit. Ac
 ius ciuile contra disponit. Præterea bonitas & uirtus stabilis est. Ius autem lo-
 cis: & temporibus uariatur: ut sæpe quod florentiæ legitimū est ferrariæ sit cō-
 tra legē. Iam uero magnis: ac preclaris uiris non satis decora est hæc i litibus: &
 controuersis mercenaria uersatio. Itaq; qui mobilitate: aut diuitiis præcellunt:

LIBER SEXTVS

militiæ dignitate gaudent. Doctoratū uero sibi ad dedecus potius: & ignominiam reputarent. At. n. superioribus illis studiis tanta dignitas inest: ut nemo princeps: nemo rex sibi turpe ducat scientia illarum rerum: & eloquentia insigniri. Alexandrum certe Philippus pater Aristotili tradidit: non ad discendum ius ciuile: quod tātō regi sordidum fuisset. Sed ad doctrinam uitæ: ac morū: & ad eloquentiam perdiscendā. Omitto uoluptatē iucūditatēq; illorū studiorū: quæ tāta ē: ut difficile sit inde mentes reuellere. In iure autem ciuili perdiscendo: quid tandem præter mera tedia? Itaq; oblitans scientia non īmerito ab antiquis uocatur. Sed hæc satis. Mihi. n. ad te scribenti potius his de rebus loq; q̄ aut de familiæ: aut de parentis amicitia placuit. Illa. n. tempus expectare possunt. & sunt non īdicta prius. Cohortationem uero ad hæc studia: non est uisum differre. uale.

Leonardus salutem dicit attomiliti saxoferratenfi.

T si cognosco me prolixioris epistolæ debitorem esse: tamen cum ariminensis iste domum ad me uenisset. & num quid uellem rogaret: nō permisi ipsū ad te uacuum reddere litterarū mearum. Gaudio igitur semperq; gauisus sum prospera atq; secunda de tuo statu dignitateq; audisse. Nec puto esse quenq; amicorum tuorum: qui me in hac parte gaudiū: atq; beniuolentiæ antecedit. Id uero totum proficiscitur ex singulari præstantia uirtutū tuarū: q̄ humanitatem summam cum grauitate morum: & sapientia rerum gerendarum mirifice coniunxisti: ut idem tu & amari: ut facilis: & timeri ut fortis: & obseruari ut prudēs mereare. Sed hæc cum aliis uberius: & solutius q̄ tecū de te. Nūc autem inuitat locus iste: in quo degis: ut non prætermittā de ipso aliquid scribere Equidē tanto ardore generosā: in clytamq; malatestarū familiam coluis: ut nō alienū proceres illi me existimarent: sed unū de seipsis. Vt. n. cæteros omitā: cū in clytæ memoriæ Carolo p̄cipe illius familiæ ita aliq̄ diu uixi: ut neq; mēsa: neq; uēatio neq; studia litterarum me ab illo sequestrarent. Qui peractis ad occasum uenationibus: ita redire ariminum solebamus: ut duobus uel tribus passuū milibus disputādo: summis interdū cōtentionibus & desperatis prope clamoribus certaremus. Fuit. n. illi. īgeniū magnū: & scientia multarum rerū abūdās. Cæterū ita p̄tinax in disputādo: ut quod semel dixisset: semp̄ defenderet. Et suppetebat mirabilis quædā copia rationū: argumentorūq; ad concta: quæ assumpserat sustinenda. Ex quo frequēter fiebat: ne clamores: cōtentiōesq; dcessēt. Sed idem in omni uirtute cæteris hominibus longe meo iudicio præstitit. Quorsum uero hæc: Vt iunioribus istis proceribus. q̄ illi succedere: me notū: & cōmēdatū facias. Vale. & latorem harū litterarū i cōcessione illius officii: quod postulat: rogo habeas recōmissum. Iterum Vale.

Leonardus nicolae salutem.

Voniam publico munere necessario detentus adesse tibi in parentis tuæ optimæ: atq; præstantissimæ mulieris luctuoso funere nequiuī: quod reliquū est: litteris adimplere officiū tēptabo. Neq; n. cōfido præstare id posse. Et. n. cū pietatē filii debere me illi: & haberi: intelligā: ac i luctu ppe

*Amare facile
formam obseruari
prudenter*

*Consolatio finis
super morte m*

EPISTOLARVM.

æquali tecū uerſer: ſentio profecto me cōſolatiōe potius indigere: quam alios cōſolari poſſe. Quæ tamen ad rationem deſlectenti animum mihi uenire in mentē ſoleant: recēſere cōſtitui: ſi forte ea res lenire aliqua ex parte dolorem tuum ualeret. Quid tanto opere Iugemus: inquam? Quid afflectamur? Quasi uero nouum quoddam: inopinatumq; accident. Num quæſo uel ignotum: uel ambiguum fuerat illam eſſe mortalem. Num ad maturitatem iam plane ſuam: & ſeniū perueniſſe? Num annorum numerum cum impleſſe: quē uix centeſimus quiſq; pertingit? Curſus autem uitæ: cui unq̄ proſperior: aut bonis omnibus cumulatior fuit? Quid igitur nobis uolumus? Quid expoſcimus? Quid erga ſuperos uſq; adeo ingrati atq; peruerſi ſumus; Quæ. n. magnopere ad iis immortalibus p̄ caremur: ea nobis collata non recognoſcimus. Bona quidem: niſi ego fallor: in mulieribus numerantur: genus: forma: pudicicia: ſcēcūditas: liberi: diuitiæ. Superq; his omnibus uirtus: & probitas. Ego quoq; his addo ualitudinem proſperā: & uitæ longinquitatem. Nam in fracta: miſeraq; ualitudine: etiam ſuperiora ſqualent bona & i breuitate uitæ nulla perfectio poteſt æſtimabilis reperiri. Horum igitur omnium: ſi quiſquam docere poteſt aliquid huic primariæ mulieri deſuiſſe: conſitebor equidem non eſſe illam cātopere extollendam. Sed quid de fuit quæſo horum omnium: quæ ſuperius numerata ſunt; Quid non abunde etiam ſuperfuit? Nam ut breuiter per curram ſingula: ab initio exordiens. Maternum illi genus præſtantiffimum fuit ex clariffima familia maiateſtarum: Paternum uero ex gente honoratiffima: ac maxima noſtræ ciuitatis: patre: auo: & attauo ſplendidiffimis equitibus: ſoriſq;: & dōi ſumme auctoritatis. Quid igitur magnificentius? Quid illuſtrius in hac parte dici poteſt? Aut quid inſignius? q̄ tanta claritate maiorum hōeſtari? Forma uero fuit egregia plane: Atq; magnifica: plena dignitatis: plena ingeniū: plena pudoris. Adderatq; & in proceritate generoſitas quædam: & in grauitate auctoritas: & in diligentia commendatio probitatis. Qua quidem in parte licet a Zenone: ſtoicifq; reclametur: tamen ueterum mihi academicorum: peripateticorumq; ſententia magis probatur: qui ut fuco: atq; fallaceis affectare falſam opinionem formæ damnandam: ſic natura largiente uerum decore grate ſuſcipiendum exiſtimaui: & in bonis numerandam. Nec ego ſane lepiditatem: aut uenustatem in hac præſertim muliere laudari: ſed præſtantiam quandam natiuam: & uenerationis plenam dignitatem. Nam de pudicicia quidem illius: in qua fuit unicum: ſingularaq; exemplum: tacere melius eſt q̄ pauca dicere: Nupta uero fortunatiſſimo coniugi diuitiis: opibus celebritate nominis ſuæ ætatis omnium noſtrorum ciuium præſtantiffimo numeroſam ſobolem procreauit. Viditq; multitudinem ex ſe prognatam: filiorum filios atq; nepotes. Quanta ſunt quæſo iſta quæ adhuc numerauimus? & quanti exiſtimanda? Vel q̄ multi reperiuntur: quibus iſta contigerint? Vno fortaffe: aut altero nonnulli. Conſectis uero ſimul cumulatis: per pauci admodū gloriari poſſunt. Sed bona animi maxime in ea muliere conſpicua fuere. Admirabilis probitas: inſignis humanitas: magnificentia: liberalitaſq; egregia: maxi

LIBER SEXTVS

meq; ad decus: & præstantiã erecta mens. Quid dicã de hũanitate mirifica? De charitate i suos: De dilectiõẽ in oēs: De bonitate deniq; singulari: i qua nullam unq; mulierẽ huic cõmprandã me cognouisse affirmare uerissime possum: Prudentia uero quãta fuerit: uel ex illo apparet: q; maximã domũ: magnas clientellas: uaria: multipliciaq; negocia mortuo cõiuge p annos ãplius. xxx. sic gubernauit ut nemo cõsiliũ: aut prudentiã uiri deesse i tanta administratiõẽ unq; sentiret. esset q; ipsa simul regula moꝝ: & integritatis: honestatũq; disciplina: & norma. Cum his illa laudib; ad septuagesimũ quartũ puenit annũ: psp̄era ualitudine: & cõtinuata auctoritate. Exitũ quoq; uitæ facillẽ: tràquilũq; sortita: q̄lis superiori ei; moderatiõĩ maxie congruebat. Desiderium sui mirabile filiis: pp̄inquisq; reliquit: cũ unanimi: cõsentienteq; omniũ cõmendatione. Ego igit; hanc mulierẽ p tantis: atq; ita cõtinuatis ad extremũ usq; uitæ diẽ bonis: nequaq; lachrymis decorandã puto. Sed gratulatione: & gloria prosequendã. Nec aduersi qcq; illi accidisse existimo: q; mortua sit. Nec sane i morte quicq; ẽ mali: p̄pterea q; aut extinguat; p̄tinus ois s̄sus: & fiat quasi somno cuidã nunq; iterrupto simillia requies. Qua si ẽ suauissimũ unius iterdũ noctis toto spacio sine ulla itermiõẽ potiri quãta sua uitas in illo sempiterno tẽpore est existimanda. Aut si remaneãt sensus: iuuãtq; animi nostri post mortẽ: uia illã facillẽ ingressos: ad meliora domicilia migrare: & cũ melioribus & sui similibus habitare. Est, p̄culdubio cõfitendũ: ut aut nihil mali sit in morte: aut multũ etiã boni. Cũ uero ex duobus alter; necessariũ sit: & qbusdã incertũ: obscurũq; uideat; ego tamẽ mihi psuadeo animos hominũ esse sempiternos: atq; optimo cuiq; cũ a corporeis uinclis fuerit liberatus: reditũ facillẽ i cælũ patere: ubi nũc illa cõsistẽs: ac tenebris exuta: puro ituitu diuina illa spectacula contẽplãs: ibecillitatẽ nostrã miseret;: Seq; nunc tandẽ uiuere. Nostrã uero hanc: quã uitã dicimus: mortẽ esse cognoscit. Eqdẽ homini iam plane seni: q; cũ laude eximia uixerit: optandã etiã mortẽ existimo. Cũ & ipendeant quotidie p̄ multa: qbus periculũ est: ne extrema aliq; labe superioris uitæ splendor: & gloria deturpet;: Vt priamo regi: & p̄p̄eio accidit: quor; utrunq; calamitates extreme ex superiori felicitate miserabilẽ reddidit. Vel ut ista cessent: tamẽ illud est certissimũ ætare lōgius: prouectis incõmodũ: q; necesse sit quodãmõ hebetari s̄sus. Videreque deterius: atque audire: & i cæteris multis natura ipsa debilitari: & frangi: ut optime cũ illa actũ in hoc suo decessu putare debeamus. q; si nostrã uicẽ dolemus: qa uidelicet spoliãtũ illius præsidio: atque solatio sumus. isque nos mœror afficit: & in luctũ ipellit: uidendũ est ne nimis ingrate: atque iniuste cõmodo anteferam;. Amor. n. uerus ad eius: quã diligitiũs causã: nõ ad nostrã ẽ referẽdus. Si. n. ætas illius iam igrauescẽs: & ante parta laus: & fortunæ mobilitas hoc flagitant: ut illã ad extremũ uitæ diẽ: q̄si in portũ quendam ex lōga: piculosaque nauigatiõẽ tuto se recepisse: gratulandũ sit: atq; lætandũ. Nolimus quãso illius cõmodũ lamentari: aut deslere. Dẽiq; illa certe qua bẽiuolẽtia fuit: hoc nos i dolore uersari: p̄molestẽ fert. & cessare nos iubet: atque desistere Cui etiam mortuæ parere: & cõdonare mœrorem nostrum debemus: & quantum natura patitur: moderate perferre.

EPISTOLRVM.

Leonardus Cyriaco Salutem .

Elius erat o Cyriace nō tantū sapere: quantū sapiſ. Siqdē te ſciētē alio
 tū errata cōturbant: quæ ab ignorāte nulla moleſtia præterirent. Ha
 bet. n. ignorātia multis in malis qddā boni: quod minus angit: qa mi
 nus ſentit. Atq; ut ad poſtulata ueniā tua: admiratū te dicis i hoc nouo Sigifmō
 di pricipis aduentu: q; q ante coronationē ſe regē ſcriberet romanorū: poſt coro
 nationē q̄li maius quiddā: & dignius exprimere uolēs: Imperatorē ſe nuncupa
 bat: nō regē. Quod tu perperā factum arbitraris. Itaq; te id reprehēdiſſe aiſ. &
 quæris a me num idē ſentiā: quod tu. an cōtra putē. Ego uero & i iis: & i aliis p
 multis plurima mihi uideor quotidie cognoscere errata. Sed uitor Democriti re
 gula. Rideo. n. illa: nō fleo. Quid. n. mea refert: quēadmodū barbari loquatur:
 quos neq; corrigere poſſū ſi uelim. Neq; magnopere uelim ſi poſſim. De rege
 tū & iperatore idē ſentio: quod tu. & iam pridē ridens: barbariē iſtā: hoc ipm no
 tau i atq; redargui. Tres. n. gradus maiorū dignitatū apud romanos: de quorū
 pricipē loqmur: ſuere: rex: dictator: imperator. Ex his ſuprema omniū poteſtas
 rex ē. Poſt regē uero ſecundū tenuit dignitatis locū dictatura. Poſt dictaturā im
 periū tertio gradu cōſequit. Huiuſce rei pbatio eſt: q; Octauiano iperatori opti
 me ſe gerenti: uolēs ſenatus populuſq; romanuſ dignitatē augere: pro iperato
 re dictatorē facere decreuit. Quod ille nō recepit. Sed flexo genu recuſauit: q̄li
 maioris ſtatus: maiorisq; iuidiæ dignitatē: exiſtimās iperatoris. nomen modicū
 ac populare: ſi ad dictatoris ſaſtigiū cōparet. Inferioris ergo dignitatis iperator
 eſt: q̄ dictator: ut ex hoc patet. Maiorem uero eē regiām poteſtatem q̄ dictatura
 ex eo poteſt intelligi: q; Iuliuſ Cæſar dictator cū eſſet: affectauit regem fieri: cui
 uſ gratia interfectuſ eſt non ferentibuſ ciuibuſ ut regiām aſſumeret poteſta
 tem: Sed dictaturam: utpote minorem æquiſ animiſ i eo patientibuſ. Hæc igi
 tur: quæ adhuc dixi: & ſi nulla penituſ alia ſupadderent: tñ ipſa p ſe uel ſola pro
 bant abūde regiū nomen: q̄ imperatoriū eſſe præſtantiuſ: niſi forte aut ſenatum
 dū p iperatore dictatorē facere uolebat. Aut Cæſarē dū ex dictatore rex fieri
 cupiebat: nō intellexiſſe uim iſtaꝝ dignitatū exiſtimem⁹. Sed nolo hiſ eſſe cō
 tentuſ: præſertim ad te ſcribens: cuiuſ aures noui q̄ auidiſſimæ ſint uetuſtatiſ ſi
 mul ac ueritatiſ. Explicemus ergo ſingulorū naturā: quo cognita: & iter ſe cōpa
 rata differentiā ſui dilucide nobiſ oſtēdant. Regē oēs lic accipiūt: q̄li ſuprema q̄
 dā: & abſoluta ſit poteſtas: ſupra quē in ſuo regno nemo ſit: ſed ipſe præſit omni
 buſ. Ex quo ſit ut rex: niſi unuſ duntaxat eſſe nō poſſit. Plureſ. n. reges ſimul ei
 dē regno præſidentēſ: ſeſe mutuo impedirent. naturāq; pimerent regis: quæ nō
 omnibuſ præeſſet: ſed haberet paritatē. Patet hoc i antiq̄iſ: moderniq; regibuſ
 Neq; n. Numa: neq; Hoſtiliuſ: neq; ancuſ: neq; alii deincepſ romanuſ reges con
 fortē: aut ſociū regni habuere. De Romulo: & Tatiao ferūt. Sed alter ſabinoꝝ: al
 ter romanorū rex erat: & in propinquo collati: repugnāte natura ſeſe paſſi non
 ſunt. In modernis quoq; regibuſ idem apparet. Neq; n. francoꝝ: neq; anglorū
 plureſ ſimul reges regnū gubernāt: ſed unuſ & ſoluſ: cui fratreſ: cui patruſ: cui
 ppinqui omneſ genua ſummittunt. Ceſſit iam quādoq; apud hoſ ſilio pater: cui
 regiām

ta uideamus
 inter nome
 ale et regni

LIBER SEXTVS

regiã potestatẽ se uiuo transferre in filiũ uoluit: ipse dimisit: quoniam duos simul regiã potestatem habere cõtra naturã est huius dignitatis. At imperatores simul plures sæpissime fuerunt. Nõ est. n. suprema potestas imperiũ. Sed salua republica: salua auctoritate senatus & populi: & salua libertate imperator creabatur. Est. n. imperiũ armorũ. exercituũq; ad tutandã augendãq; rẽpublicã cõmissa auctoritas. Itaq; imperatore existẽte: nihilominus cõsules: pretoresq; ac ceteri magistratus in republica manebant. Rege autẽ existẽte manere nõ poterãt. Quod patet ex dictatura. Illa. n. q; uim quãdã regæ potestatis habere uidebat: simul atq; inducta in rẽpublicã ceteri magistratus oēs iterabant: & abrogati per creationẽ dictatoris censabant: præter tribunos plebis. & in hoc differebat dictator a rege: q; dictatore existente plebs plebeiq; magistratus uim auctoritatẽq; suam retinebant. Rege autem existente tribunitia potestas: plebisq; auctoritas omnis omnino soluebatur. At. n. cũ imperatore cõcti simul magistratus in republica pstant. & auctoritas uigebat senatus: & populi libertas seruabat. Ex quo apparet impatorẽ nõ esse dominũ: sed legitimã potestatẽ. Nisi forsã Crispũ Salustium ignorasse uim: potestatẽq; impatori nominis arbitremur: qui inquit. Nã cũ tu te p molliciẽ agas: exercitũ supplicio cogere: id est dominũ: nõ impatorẽ esse. Volo insup unã: uel alterã rationẽ inducere: quo maioris dignitatis regiũ non esse ostendã. Impiũ enim quibsdã magistratibus recte tribuimus. Nã oēs: qui iurisdictionẽ exercent: ac punire: & coercere possunt: imperiũ habere dicimus. At regnũ habere illos nunq; diceremus quoniã nomẽ imperiũ legitimã potestatẽ significat. Regnũ autẽ habere supra leges esset. Præterea quæ deo tribuimus uocabula: ea præstantissima sunt existimanda. Cũ. n. deus ineffabiliter excellat. nec ulla humana reperiri digna possint eius maiestate: illa deo tribuimus: quæ apud nos sunt maxia: quoniã maiora tribuere non habemus. Deũ autẽ regem nuncupamus. ac regnũ cælorũ dicimus: ut sacræ litteræ: poeteq; testant. Imperatorẽ uero qui deũ uocaret: uix quisq; reperit propterea q; rex supremã potestatẽ: absolutãq; significat. Imperator uero lõge inferiorẽ. Ex his omnibus luce clarus apparet: q; imperatoriũ nomen regio nomini anteferũt: eos i maxima ignorantone uersari. Sed heus tu: qui hunc errorem notasti: cur aliũ huic anexũ tacitus præteristi? Coronari. n. imperatorẽ: ubinã gentiũ mos fuit? Quis imperatorem romanũ antiquis illis temporibus coronatũ fuisse unq; audiuit: aut legit? Non Augustum: non Tiberiũ: non Galliculam: non Neronem: cũ presertim hi duo extremi intollerandæ superbix: aut luxuriæ forent. Non Traianum: non Adrianum: non Antonium. Nemo unq; istorum coronam imperiũ unq; suscepit: aut habuit: aut usus ẽ. Nisi forte lauream cum triumphasset. aut rostratam: q; classem hostium cepisset. Que duæ coronæ non imperatorũ: erant magis: q; quoruncũq; triumphantium: aut uincientium. An ergo q; illi tantam imperiũ magnitudinem habentes. non faciebant. Hi quattuor iugerum possessores coronabuntur: Eni uero non ut imperatores: Sed ut reges romani coronantur. Cur ergo se post coronationem imperatores scribunt: non reges? Deinde totum hoc ignorantia est uim ne reges quidem romanos unq; coronari mos fuerit: Romulus. n. & ii qui

EPISTOLARVM.

post eū fuerunt reges: nunq̄ coronā receperunt: aut gestauerūt: aut usi sunt. Idē quoq̄ obseruatū ē a tuscorū regibus: ut nūq̄ corona uterent: sed trabea dūtata & palmata tunica. Quare hanc barbariē quæso cū sua ignorātia ualere sinam⁹. & nos antiquis doctissimorū uirorū scriptis: quod unicū ē refugiū: oblectemur non curiosi quid agant isti: aut quemadmodum loquantur. Vale.

Leonardus Flauio Forliuienti Salutem.

E forsan tu aliter accipias: q̄ ego: uel ego q̄ tu: placet ante oīa cōstitue-
re qd nobis in cōtrouersia uenit. Quæstio nostra in eo consistit: q̄ tu
apud ueteres unū eundēq̄ fuisse sermonē omniū putas: nec aliū uulga-
rem: aliū litteratū. Ego autē: ut nunc est: sic etiā tunc distinctam fuisse uulgariē
linguā a litterata existimo. Pressius quoq̄ si placet: ista circūscribamus: ut cer-
to tēpore: locoq̄ diffiniātur. Nā qui apud ueteres dicit: nec tēpus: nec locū satis
certū designat. Sit igit̄ quæstio utrū romæ p̄ Terētiū poetæ: & M. Tullii tēpora
uulgus ita loquebat̄ tu loquūt̄ ii: quos nunc latine: litterate q̄ loq̄ dicim⁹. uel aliis
fuerit uulgi sermo: alius litteratorum. Tua quidē prima: ac potissima ratio ē: q̄
oratores in senatu: iudiciisq̄: & cōcionibus latine orabant: quod nō fecissent: ni-
si a conctis intelligerentur. Præterea Terētiū: plautiq̄ comœdiæ recitabant̄ ad
populū ea ipsa lingua: qua scriptæ sunt. Idq̄ signū esse ais: q̄ eodē modo uulgus
loquebat̄. Quomodo. n. delectarent: nisi intelligerentur? Hæc tibi firmissimæ p̄
bationes uident̄: ac certissima argumenta opinionis tuæ. Ego autē non maiora
ista puto: q̄ nunc sit in euangelia: missarūq̄ solennia: latine: ac litterate iaudienti-
um turba pronuciari. Intelligunt enim homines: licet illitterati sint. Nec tamen
ipsi ita loquuntur: nec illo modo loqui scirent: licet intelligant: propterea q̄ lon-
ge facilius est intelligere alienū sermonē: q̄ proferre. Discutiamus igitur: si placet
argumenta tua: & quid ualeant: uideamus. Neq̄ enim signis: & opinionibus tā
assentiri nos decet: q̄ necessariis rationibus. Nā opinio: & existimatio sæpissime
fallitur. Dico quidē argumenta p̄ te iducuntur: unū oratorū: alterū poetarum. Vi-
deamus ergo utrunq̄. Primū igitur oratores: q̄ in senatu: iudiciisq̄ latine: littera-
teq̄ loquerent̄: nihil opinionē tuā adiuuat. Erat enim in senatu: & iudiciis ad ho-
mines litteratos oratoris sermo. Itaq̄ hæc duo loca nihil ad rem p̄tinent tuā. Re-
stat concio: in qua ad doctos: simulq̄ indoctos habebatur oratio. Neq̄. n. appella-
tione populū turba solū: & isimæ sortis homines. Sed nobiles: & ignobiles: docti
q̄: & indocti significantur. Itaq̄ nō ad pistores tantū & lanistas: Sed multo mā-
gis ad eos: qui in reipublicæ gubernatione uersabantur. & quorū intererat quid
populus decerneret: orator loquebatur. Præstantes igitur homines oratorē lati-
ne: litteratēq̄ concionantē præclare intelligebant. Pistores uero & lanistæ & hu-
iusmodi sic itelligebant oratoris uerba: ut nunc itelligunt missarū: solennia. Nam
illud nos latere non debet: oratores ipsos aliter scripsisse orationes suas: q̄ dixerāt
Quod & apud græcos: & apud latinos exploratissimum est. Non q̄ diuersum
scriberent: sed q̄ ornatius & comptius id ipsū: quod dixerant: litteris manda-
bant: ut quæd aīn concione dicta: uerbis forsan uulgatis & apertis: & ad itelligē-
tiā accōmodatis: limatius postea contractiusq̄ scripta legantur: & de oratoribus

hæc

LIBER SEXTVS

hæc mihi quidem dicta sint. In senatu. n. & iudiciis ad scientes litteras loquebantur litterate. In concionibus uero etiã ad scientes. aderant quoq; indocti qdã. Hi sic intelligebant oratoris uerba: ut nunc intelligunt missarum solennia. Quare hæc tua oratorum iudicia ratio non efficit id quod uis. Habet. n. apparentiã quandã prima frõte. Sed si trite discutiat: nihil admodum importat. De poetis autem eorumq; fabulis uideo te longe aliter sentire: q̃ ego sentiam. Tu. n. turbam conuenisse putas ad carmina poetarum intelligenda. Ego autem conuenisse puto ad ludos scænicos spectandos. Itaq; non auditores: q̃ aderant: Sed spectatores dicebantur. Agebatur. n. fabula magno apparatus. nec solum gestibus: uerumetiam tibiæ modis. & personarum scæna prodibant. Ad hæc me hercule spectanda: non minus hodie populus concurreret: q̃ tunc concurrebat. Quod autem uera dico: ex Plauti Terentiiq; prologis comædiarum intelligi potest. Totarum. n. ex illorum: qui agebant opera: uidentur pendere. Acta ludis funebribus. Modum fecit Flaccus claudii tibiis disparibus. Non dicit recitata: sed acta. Agere uero quid est: nisi representare: actuq; referre: quod tibiis modos facere: nisi multitudinem ad spectandum allucere: Aecyra est huic nomen fabulæ. Ea cum acta est noua: nouum interuenit uitium: & calamitas: Vt neq; spectari: neq; cognosci potuerit. Ita populus studio stupidus in funabulo animam occupauerat: & paulo post. In iis: quos primum Cecilius didici nouas: partim sum earum exactus: partim uix steti. Quia sciebam dubiam fortunam esse scænicam Spe incerta: certum mihi laboris fustulit. Eadem agere coepi: ut ab eodem alias discere nouas. Quid igit didici nouas & alias discere. Apte ostendit Ne auctores quod ipsos scripta poetarum intelligere: nisi a poetis prius illa didicisset. Si igit magistri ipsi agendi non intelligebant: multo minus turba: & multitudo. Sed ludos spectabat turba: non uerba exaudiebat. Oculorum tantum aspectu: & tibiæ sono distingebatur. quod autem subiicit. Quia sciebam dubiam fortunam esse scænicam. Idem probat: quod dixi. Fortuna. n. in scænicis ludis erat: non in poetarum stilo: atq; ingenio. Hoc. n. in eorum qui legunt iudicio repositum est: nec fortunæ subiacet. Actio autem & tibiæ: & huiusmodi ludicra fortunæ spectantium subiacebant. & paulo post: Perfeci inquit ut spectarent: non dicit intelligerentur: Sed ut spectarentur. Quod totum est iudicium oculorum: & paulo post. Vobis potestas data est condecorandi ludos scænicos: Nolite sine per uos artem musicam recidere ad paucos. Ex hiis omnibus patet ad ludos scænicos: & tibiæ: & actorum personas spectandum multitudinem conuenisse. Poetarum autem uerba: ne actores quidem ipsos intellexisse: nisi prius dicerentur. Nihil igitur poetarum: nihil eorum fabulæ ad sermonem uulgi pertinent. Non. n. intellectum uerborum: sed spectaculum ludorum uulgi sequebatur. Quoniam illa: quæ putabas firmissima tuarum opinionum fundamenta: nihil ualere ostendi: Docebo iam ipse impossibile esse uulgi illo modo: quo tu putas esse locutum: hoc tantum præmissis. Tu ne quæso Flauii cum sis uir doctus: ac litteris ex politus: uel ut alii qui tecum sentiunt: animam inducere potestis: ut credatis nutrices: & mulierculas: & huiusmodi turbam ita tunc nasci: ut quæ nos tot magistris: tanto usu uix tenemus: illi nullis magistris assequerentur: ut eo modo loquerentur: quemadmodum uii: qui latine: litterateq;

EPISTOLARVM.

loquuntur. intelligeretque poetarum comœdias: nullo prius eos docere? Profecto ualde absurdum est ita credere. Atque latina lingua a uulgari in multis differt. Plurimum tamen terminatiōe: inflexione: significatiōe: cōstructiōe: & accentu. De quibus omnibus simul dicamus. Nam seorsum persequi singula: longum foret. Mulierculæ igitur illæ ac nutrices tuæ: si de suppellectili recte dicendum erit: suppellex dicent. Rursus uero si inclinandum: ita ut possessionem: uel generationem significet: suppellectilis dicent. Et si poscat intentio: suppellectili suppellectilem uariabunt. Eodemque cum pluraliter dicendum erit: suppellectilia uariato genere pronuntiabunt: & suppellectilium: & suppellectilibus. Per deum immortalem non ne uideatis impossibilia uos credere? Difficile nomen capis: inquires. At tu facilius aliquod cape. Dominus recto dicent. Flectent uero cum opus fuerit: ut dicant domini domino dominum. & si de fœminis dicendum sit: dominabus: filiabus: libertabus dicent: quæ de maribus: dominis. filiis: libertisque dixerunt. Vix mehercule cum disciplina: & regula hoc facerent: nedum sine disciplina: & regula. Fero uerbum est a quo tuli latum: sustuli sublatum. Cado cecidi: si casum significet. Si cædem. cecidi media producta. Ista uero internoscent mulieres & turba: atque ita loquentur? Pulso: & Vapulo altere actiue: alterum passiuè dicimus eadem uoce. Ego uapulando: ille uerberando usque ambo defessi sumus. inquit poeta. Tu mulierculas: & nutrices: & huiusmodi quæquilias hæc intelligere: ac eodem modo loqui putas? Absuit: & defuit duo sunt: quorum alterum laudem: alterum uituperationem significat. Sinapis latie dicimus media producta. & Polifena breui penultima. Virgili autem: & Mercuri uocatio penultimam natura breuè: pronunciamus ut longam. Video te: Inuideo tibi. Salutem dico tibi. Interdico tibi bonis: non bona. Hæc ne quæso mulierculæ: & nutrices: & uulgius illiteratum dicet: quæ nos litterati uix dicere ualemus? Quid si probo per ea tempora uulgarem sermonem distinctum a litterato fuisse? Non ne desistere debes talia opinari? Duellium: quæ classe pœnos superauit: uulgo Bellum appellatum fuisse Cicero tradit. Ergo aliter uulgius: aliter litterati nuncupabant. Varro Villam a Veho dictam putat. Adducit uero coniecturam: qui rustici pro uilla uella dicunt. Pro uectura quoque uellatura. Quid amplius egeus testibus: a uulgo Vellatura: & Vella: a litteratis Vectura: & Villa dicebatur. Alius ergo uulgi sermo: Alius litteratorum. At enim Cicero ait de quodam. Putabatur bene latine loqui: sed litteras nesciebat. Non diceret hoc Cicero: nisi sibi in illo uno admirabile uideretur. Quod. n. miratur in illo: quasi singulare: probat in aliis hoc nusquam fuisse. At concio clamauit: cum a Carbone diceret patris dictum sapiens: filii temeritas comprobauit. Quid nisi? Cum adessent in concione docti complures. & iter cæteros. M. Cicero. Se. n. in concione stante. hoc dictum fuisse testatur. Denique iudicium numerositatis commune est aurium: & non intellectu rerum: sed longitudine breuitateque spiritus annotatur. At filia Læti præclare latine. & mehercule Saphos præclare græcis uersibus scripsit poemata. Quis. n. negat mulieres quasdam doctas fuisse: ut Cornelia Gracchorum. & Epicarmi poetæ filias: & alias latinarum: græcarumque complures? At. C. Curio nihil admodum sciebat litterarum: tamen est inter oratores numeratus: splendore & copia optimorum uerborum. Credo studia hæc

LIBER SEPTIMVS

hæc maiora non attigerat: Sed idem Curio orationes suas: & dialogos scripsit. Qui autem cogitationes suas litteris mandarit: eum dicimus litteras ne sciuisse? At domus ei contulit ad uerborum copiam. Fateor. Parentes. n. litterati: & serui Matres etiam si elegantes sunt: adiuuare eloquentiam filiorum possunt. Deniq; etiã hodie mulieres rumanæ iudicio meo elegantissime loquuntur: & purius certe q̄ uiri. & q̄q̄ non litteratus sit earũ sermo: potest tamen figura ipsa dicendi: ni torq; uerborũ eloquentiam adiuuare. Me audiente matrona quædã romana: q; se atcedebat plebeia mulier: indignabat. Proh deũ iqt q̄ omnis obseruãtia: oisq; consuetudo laudabilis per hæc tempora defecit. q̄ confusi sunt ordines concti: gradusq; dignitatis. Deide conuersa ad eã: quã indignabatur: Tu ne iquit cum sis plebeio patte: plebeioq; uiro: me equestri familia ortam: equitq; romano nuptã: antecedere non erubescis? Sed quid ego de me? Iam si deo placet: etiam te patritiis mulieribus antepones. Hæc illa puro: natiuoq; romano proferebat sermone: ita ut admodũ sim eadem delectatus: cũ & uerba nitore: grauitatq; sententiã & pronũciatio ipsa uernaculam quandã haberet suauitatem. Hoc ego modo filiis matres: & nutrices alumnis posuisse ad elegantiam puto. Nõ q; casus inflecterent: aut uerba uariarent: ac terminarent litterate. Sed q; purũ: & nitidũ: ac minime barbarum sermonẽ infuderent. Nam & habet uulgaris sermo commendationẽ suã: ut apud Dantem poetã: & alios quosdã emendate loquẽtes apparet. Hæc ad libellũ tuũ respondisse uolui. Quib; si te in sententiã traxi: satis dictũ puto. Sin perstas in opinione tua: nec rationũ necessitati cedis: plura etiam polliceor in eam sententiã me esse dicturũ. Vale.

Leonardus Phylelpho Salutem.

Apo: quem mihi p litteras tuas cõmendas: obtulĩ eãdem me: & mea Eritq; posthac in eo si uti uolet: cũ ob cõmendationem tuã: tũ etiã ob naturam meã: quæ studiosis hominibus spõte beniuolentiã: charitatẽ q; impartit. q; aut certior fieri cupis de rebus meis: eadẽ eã conditio: quæ prius. Illud. n. nostrũ tenemus institutũ: ut reipublicæ: quod debet a nobis officium: sincere exhibeamus. In cæteris uero nequaq; curiosi. Tempus aut quodcũq; nobis ob officio supersit: libẽter ad studia referimus litterarũ. Aggressi nẽpe sumus post discessum tuũ Aristotilis politicorũ libros perficere. Quos: ut scis traduce re iã pridẽ cõperãus. In his nũc uersat plurimũ cura & cogitatio nostra. Vale.

Leonardi Arretini Epistolarum Familiariũ Liber Sextus Finit.

Eiusdem Septimus Incipit.

Leonardus Cosmo Salutem.

N symposio Platõis amcenissimo omniũ libro: Socratis philosophi laudes fœstiuæ: simul periteq; enarrat Alcibiades. Ei; uerba tibi mittere constitui: in latinum sermonem traducta Dico igitur inquit Alcibiades: Socratem esse persimilem Syleis istis: q; ab scultorib; iter imagies figurat: quos faciũt artifices fistulas: aut tibias tenere. Qui si bifariã diuisi. atq; aperti sint: reperiũt itus imagies habere deor;. Rursusq; eũ dico psimilẽ eẽ Satyro Marsiæ. Et q; aspectu

EPISTOLARVM.

quidē perfimilis eis es: ne tu quidē o Socrates negabis. q̄ uero in aliis quoq̄ simi-
 litudinē eorū habes: deinceps iam audi. Procax tu quidem es: an non? Si non
 fateris: eodem testes adducā. An nō cantator longe melior: q̄ Marsia? Ille. n. in-
 strumentis q̄busdā homines trahebat ab oris potentia. & nūc etiā siqs modulati-
 onē illius canat. Nā illa: quæ Olympus cecinit ab eo doctus. Marsiā dico cecinit
 se. Quæ igit̄ ille carmina cecinit: siue bonus alter qs: siue malus ea canat: sola ab-
 strahūt animos: ostēduntq̄ q̄nam diis & mysteriis idigent: ex eo q̄ sacra sunt.
 Tu aut̄ illi tantū superexcellis: ut sine ullo instrumēto nudis q̄dē uerbis hoc idē
 efficias. Nos certe quotiēs aliū audimus alterius uerba referētē: & si nimīū ora-
 toris boni: tamen nullius: ut ita dixerī illa facimus. At cū te qs audit. uel cum tua
 uerba referēte alio q̄uis ille ieptus sit: q̄ refert. & siue uir: siue scēmina: siue adole-
 scēs obstupescimus q̄dē: ac mēte corripimur. Equidē nisi ebrius nimīū mihi ipsi
 uiderer: iureiurādo interposito affirmarē: qualia ob huius uerba mihi dudū cōti-
 gerit: cōtingūtq̄ etiā nūc quotiēscūq̄ hūc audio. Multo certe etiā magis: q̄ ii q̄
 coribantū more deferūtur: cor in me cōcitāt. Ob huius uerba lachrymasq̄ effū-
 dit. Videoq̄ multis aliis hoc idē cōtingere. & dum Periclē audio: cæterosq̄ orato-
 res bonos: uidētur illi mihi præclare dicere. Sed nihil tale mihi cōtingit. neq̄ cōci-
 tatur animus: neq̄ seipsū: quasi seruiliter uiuētē cōdēnat. Sed ab hoccie Marsia
 nro sæpe ita iflector: ut existimē nullo mō i hoc statu uitæ mihi esse uiuēdū. Quī
 etiā certe scio: si nō in hoc tēpore aures illi præstare uellim: q̄a nequaq̄ tolerarem
 sed eadē illa mihi euenirent. Cogit. n. me fateri: q̄ cū ego ipse in multis deficiam:
 tamē meipsū negligo. rēq̄ populi ateniēsis curo. Vi ergo quasi aduersū syrenas
 obturans aures: hūc fugio: ac uito: ne apud eū studēs cōfenescā. Patiōr uero er-
 ga hūc: quod nemo existimaret: ut cuiusq̄ pudore: ac uerecundia detinerer. Cō-
 sciū. n. mihi sum defendere nō posse: quin sint agēda: quæ tubet. Sed cū ab eo
 discedo: cupiditate: ambitioneq̄ sentio me superari. Fugio ergo istum: atq̄ uito.
 Et quotiens ipsum intueor: pudor ac uerecūdia me capit: ut sæpe cupiam hūc i
 rebus humanis nō esse. Rursus uero si hoc accideret. scio q̄ longe magis dolerē
 Itaq̄ quo me uertā: aut quēadmodū hoc utar nescio. & a cantu quidē: ac modu-
 lationibus satyri huius talia mihiq̄ & aliis cōtingūt. Cætera uero audite: ut simi-
 lis sit iis: quib⁹ eū assimulaui: & uim q̄ admirabilē habeat: itueamini. Pro certo
 quidē scitote o uiri cōuiuæ: & neminē uestrū Socratē cognoscere. Sed ego pa-
 tefaciā ipsū: atq̄ ostendā: quādo q̄dem dicere. Cernitis. n. ut formositatē: ut diui-
 tias: ut honores: ut cætera huiusmodi admirari. uidetur: ut ea laudet: ut obstupel-
 cat. Scitote igitur eū hac forma exterius admirari: tanq̄ sculptus quidā Sylenus
 intus uero si aperiatur: quāta dii immortales inest castimonia: quāta integritas.
 Sciatis. n. quia neq̄ pulchritudinē corporis cuiusq̄ quicq̄ extimet: neq̄ diuitias:
 neq̄ honores: neq̄ cætera: quæ uulgus admirat̄. Sed ea cōcta lōge spernit. ac p̄
 nihilo ducit. Figit tamē aliter: ac iocari de iis reb⁹ erga homies nūq̄ cessat. Serio
 aut̄ agētis: atq̄ itus apertis: nescio si quisq̄ uestrū p̄ciosissimam aspexit imaginem.
 Ego certe quandoq̄ eam aspexi: ac mihi uisa est usq̄ adeo diuinā: & aurea: & for-
 mosa: & mirabilis: ut nullo modo fas sit a me silentio præteriri. Equidē iā quodā
 tempore

conestari in hoc
 re coribantū

LIBER SEXTVS

